



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

[In Didaci Covarrvvas Variarvm Resolvtionvm Libros Natæ Ioannis Vffel I.
I. C.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

I N D I D A C I

COVARRUVIAS

VARIARVM RESOLV- TIONVM LIBROS

N O T A E.

I O A N N I S V F F E L I . I . C .

CAP. I.

VALITER IUDEX EX ACTIS IVS DICERE DEBEAT ADVERSUS EA QUAE PRIVATIM COGNOVERIT.

IN PRINCIP.

Contrarias tamen veritati quam ipsi Iudices priuatim certissimè cognouerunt.

Vetus hæc est questio à Gell. proposita lib. 14. cap. 2. quam conformiter cum Couarr. decidunt Illustriss. Card. Tusch. *Pract. Conclus. tom. 4. lit. I. Conclus. 398. nu. 1. 9. 10. 11. & 12. Iacob. Cuiac. lib. 12. Obser. 19. Papon. 2. Notar. lib. 2. tit. des enquesteurs. &c. versic. la question de fait. Card. Tolet. In Summa. lib. 5. cap. 56. versic. Altero modo. Ioann. Fab. in *Breniar. Cod. tit. V. quæ desunt Aduocat. l. V. nu. 2. Ioseph. Mascard. *Tract. de probat. vol. 2. conclus. 949. num. 1. 2. & 3. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. *Tract. crim. q. 66. num. 2. versic. Scias autem. &c. quest. 8. nu. 5. versic. Sed pone. Cacheran. decis. Pedemont. 79. nu. 43. & seqq. Eman. Soar. In *Theaur. recept. sem. lit. I. verb. Iudex iuxta acta. num. 219. & plures per eos relati inter cæteras hanc adducentes rationem; ne iudex, si ex scientia sua sententiam ferat, testis & iudicis partes egisse videatur. Quæ de causa P. Africanus cum esset Centor, & in Equitû cenit C. Licinius sacerdos prodiiisset, clara voce, vt omnis concio audire possit, dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. Si quis contradicere vel eius actionem instituire vellet, vsurum esse eum suo testimonio: deinde cum cõtra nemo diceret, iussit equum traducere; & ita is, cuius arbitrio & Pop. Rom. & extera gentes contentæ esse consueverant, ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. vt his ipsis verbis refert M. Tullius in *Cluentiana* & ex eo Valer. Max. lib. 4. cap. 1.*****

Num. 6.

Non ex his quæ priuatim ex particulari scientia perceperit, sententiam dicere.

Etia si iudex delegatus sit cum clausula; vt secundum conscientiam procedat: hoc enim mandatû de conscientia lege municipalis & publica, atque ita de eâ quam habet vt publica persona tanquam iudex, intelligendum est. latè Alex. Conf. 218. per nu. vol. 2. Bald. in *Consil. 298. in hac materia. nu. 7. lib. 1. Corn. Consil. 37. lib. 2. Cacheran. d. Decis. Pedemont. 79. nu. 46.*

Num. 7.

Versic. VLTIMA VERO.

Si tamen instrui iudex è processu non potuerit.

Videlicet quando nihil apparenter. Bald. *Consil. 265. creditor in lib. 1. circ. fin. nu. 3. & seq. versic. super eas autem. lib. 1. vel cû æqua-*

liter probatum est. *Cardin. Tusch. loc. cit. nu. 23. hisce enim casibus iudex secundum conscientiam suam iudicare potest. Bald. & Card. Tusch. dicit loc. sicuti quoties arbitraria agitur causa; cuius casus apud Bald. *Consil. 310. aut mulier. num. 2. versic. aut confessio. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 398. num. 24. Menoch. de Arbitr. Iud. casu. 98. num. 10. & trib. seqq. videre licet. Vniuersè etiam iudex causam quam lædi putabit, ex æquo & bono adiuvare poterit si solum error incidat, supplendo & proferendo quæ minus erunt à parte, eiusque aduocatis in medium prolata, itemque iuramentum alterutri deferendo. *Hotoman. quest. Illustr. 27. quanquam noua & extera facta non ita supplere potest l. vnic. & ibi communiter scrib. C. vi. quæ desunt Aduoc.***

Versic. SECUNDVM ETIAM IN CRIMINALIBVS.

Imo vel absoluerè.

Vt ne iudici quidem qui Maleficio comitti vidit, ex propria scientia liceat reu torquere. *Clar. lib. 5. §. fin. quest. 8. num. 5. versic. Sed pone. quanquam sine alia denunciatione ad criminis inquisitionem procedere possit. Clar. dicit loc.*

Vel condemnare tenetur.

Pæna (vti quidam volunt) pecuniaria vel exilii, postquam omni industria curauit iudex vt falsitas detegatur, vel processus litis impediretur. *Leonar. d. Lessius de Iustit. & Iur. lib. 2. cap. 29. Dubit. 10. n. 84. ad mortem enim nullo modo, quem innocentè nouit, etsi nocens probatus sit, condemnare; nec ad pænam mutilationis procedere potest: sed potius officium demittere debet, etiam si hoc ipso nihil esset reo profuturus; & ita tenent Nicol. Liranus in *cap. 23. Exodi. explicans illud; Innocentem & insum. Adrian. Quodlibet. 6. art. 3. Et alii quos allegat Lessius. dicit loc. nu. 78. & seqq. vbi contraria opinionis argumenta proponit & dissoluit. De his tamen vide not. seqq.**

Nulla etenim ratio congrua est, nec vera dari poterit, vt inter ciuiles & criminales causas hac in re distingatur.

Reprobat Lessius *dicit. Dubit. 10. nu. 84. & 85. atque ibidem hanc distinctionem in præsententi themate inter causas ciuiles & criminales adducit; quod nimirum, respublica liberius de rebus, de quibus sunt causæ ciuiles, quam de vita & membris hominum, circa quæ causæ criminales versantur, disponere possit, eo quod illæ recuperari queant; hæc vero nequaquam*

Versic. TERTIVM ETIAM.

Vnde falsum est quod Guido Pap. Scribit *quæst. 29. dicens posse supremi Senatus Iudices ferre sententiam contra allegata & probata ex propria & priuatâ scientiâ, &c.*

Ggg

Cim

Cum Couarr. aduersus Guidonē sentit Cacheran. *decif. Pedemont. 1. num. 43. & 44. eo quod Parliamenta sint inferiora à Principe, atque adeo eorum decreta legibus subiecta, nec iure probetur quod in decisione causarum vice Principis fungantur nisi forsan in iis quæ respiciunt stylum & ordinem procedendi. Cacher. d. loc. Caterum Menoch. de Arbitrar. lib. 2. Centur. 1. casu. 98. num. 10. & trib. seqq. Guidonem Pap. ab impugnatione Couarr. defendit, Parliamentis & Supremo Senatui tribuens ea quæ Principi in iudicando tribuuntur, asserens Roland. a Valle. *Conf. 70. nu. 22. & 23. lib. 1. id multis comprobare facit ant. hodie Iurati C. de Iudic.**

Princeps tamen, qui potestatem habet leges condendi & conditis derogandi, poterit sententiam dicere iuxta propriam & particulare scientiam.

Accedit Corraf. lib. 4. *Miscell. cap. 10. nu. 2. Sichard. ad l. vnic. C. vt qua. defunt Aduocat. nu. 7.* (Vbi hoc ad Pontificem etiam extendit.) Ex aduerso tamen scribit Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 6. num. 756. si res gesta non nisi Principi cognita sit, testem quidem eum esse posse, Iudicem nequaquam: atque ita Henrico 2. Regi Francorum à Iudicibus qui extra ordinem Meloduni varias cognitiones susceperant, in memorabili exemplo Itali cuiusdam, quem Rex à se in capitali scelere deprehensum custodia tradidit, responsum esse.

Num. 9.

Versic. SEXTO EX PRINCIPALI.

Hoc etenim nequaquam verum est.

Cum Couarr. contra Felin. ab ipso citat tenet Cacheran. d. *decif. Pedem. 79. nu. 45. allegans text. in Clement. sepe. §. verum quia. & §. sententiam de verbor. signif. & ibi Cardin. Versic. decimonono nota.*

Versic. SEPTIMO SVNT QVI

Satius me hercle erit testium falsitatem diligenter inquirere &.

Concordat Cardin. Tolet. in *Summ. lib. 5. cap. 56. Versic. Altero modo. Probat & hac in re Cuiac. lib. 12. Obser. 19. si religione moueatur iudex, quominus iudicet, cum ipse sciat aliter se habere: vt persona iudicis deposita, induat personam testis, vel accusatoris. Quo modo apud Liu. lib. 3. C. Iulius Decemur accusator apud populum maluit esse eius rei cuius iudex legitimus erat. quod secundum Hotoman. de *quæst. illustr. 27. rectissime procedet, siquidem huiusmodi sit iudex vt ab eo prouocatio sit. Nam si à suâ sententiâ appellaretur, non ea fortasse iudex superior animaduertet, quæ ille perpexerat: sin autē prouocatio ab illo nulla est, arbitratur diuino & humano iuri consentaneum esse, ex animi sententiâ, religione, & conscientia pronuntiari. argumento l. 3. & l. *quæst. 13. ff. de testib. præsertim si nõ ex formula, sed ex æquo & bono, & proinde ex arbitrio iudicet, in cuius rei confirmatione Seneca illud lib. de Clement. 2. adducit, Clementia, (inquit) liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex bono & æquo iudicat & absolvere ei licet, & quanti vult estimare litem. quæ In effectu ijs respondent quæ supra ex Menoch. & Roland. à Vall. notata sunt.***

Num. 10.

Iudex enim qui sententiam tulit non tenetur executori, etiam si alioqui iurisdictionem habeat, Acta, ex quibus sententiam dixerit, ostendere.

Regulariter etenim executor, seu Iudex requisitus de meritis causæ non cognoscunt, quatenus autem id ipsis permissum, ac de exceptione obiecta cognoscere, vel iudicare possint, plena manu à Menoch. de *arbitrar. Iudic. lib. 1. quæst. 38. explicatur.*

CAP. II.

AN LICEAT IVSTE LITIGANTI
ADVERSARIUM FALLACIIS
DOLISVE IMPETERE.

IN PRINCIP.

Quosdam enim nouimus munus istud ita egregie, pie & fidè gerentes, vt maximâ lauræ huius instituti digni censeantur.

Laudabile certe est, ac Societati vitæque hominum necessarium Aduocationis Officium teste Imperatore Anastasio in l. *laudabile. 4. C. de Aduocat. diuersor. Iudic.* Quod plenus referriperunt Imperatores Leo & Anthemius, in l. 14. *C. de Aduocat. diuersor. Iudicior.* Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum suæque defensionis viribus in rebus sepe publicis, ac priuatis, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si priuati, que vulneribus patriam, parueque saluarent. & Scitè Luc. ad *P. sm.*

Tamen, cæsi bella quierunt,

Non perijt virtus, licet exercere togata

Muner. militis, licet & sine sanguinis haustu

Mirra legitimo sub iudice bell. mouere.

Hinc quoque seruari contingit gloria ciuis,

Atque vinctrices intexunt limina P. l. a.

Quocirca non immerito Aduocationis munus à Bald. in l. *Inuincel. 1. C. de procur. honorabile dicitur, & Aduocatus in honore per text. in l. quisquis in fin. ibi. honori suo. & ibi Gloss. C. de postulat. atq. etiâ deposito Officio, in clarissima dignitate constitutus l. 1. C. de Aduocat. diuersor. Iudic. quin inter egregias personas Tiraq. de nobilitat. cap. 29. nu. 11. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. Centur. 1. casu. 70. num. 10. adeoque non nobiles recentur. l. *procedendum. In priu. verb. nobilissimos. C. de postuland.* Quemadmodum & nobiles hoc munus exercuisse, varijs historiis innoscit. Ita Tiberium Cæsarem defendisse Regem Archelaum Trallianos, & Thesalios aliq. plurimos, de causa cognoscente Augusto, refert Suetonius. Et Opulum macrinum, qui postea Imperator factus, in Africa Causidicum fuisse, asserit Dion in *Macrino*, item Germanicum Caligula patrem viri Triumphantis causas orasse testatur idè Sueton. in *Calig. cap. 3.* Scribit & Spartianus in *Iuliano Imperatore. Didio Iuliano*, qui post Pertinacem Imperium adeptus, proxiuum fuisse Sabinum iustianum in *Consulem Præfectum vrbis & Iurisconsultum*, quodque id magis eum nobilem fecerit, Idemque Arresto suo Curia Parisi. confirmat Papon. lib. 5. tit. 11. *arrest. 22.* Sed & leges ciuiles testimonio sunt Patricios & nobiles Aduocationis munus amplexos fuisse, vt patet in l. 2. §. *seruus. ff. de Orig. Iur.* In verb. *Turpe est Patricio & Nobili viro & causas oranti Ius in quo versatur ignorare.* Scribitur de eod. §. *Tiberonè Patricium à causis agendis ad Ius ciuile tranfisse.* Plura autem de huius muneris dignitate, præter ceteros, memoria prodiderunt Tiraq. de nobilitat. cap. 19. Ioann. Fichard. in vit. *Iurisconsulti.* & Sebastian. Roulliard. in *ses. Relictis forensis. l. Aduocati du Roy.**

Num. 2.

Versic. PROBAVIMVS TANDEM.

Non esse audiendum eum qui contraria allegat & c.

Procedit non solum in causis ordinarijs, sed & in sumarijs Rebuff. ad *Consil. Reg. tom. 1. 17. act. de sentent. execut. art. 9. §. 2. nu. 15.* nihil tamen veteretia quod supr. hoc nu. 2. (inquit Author) contrarias exceptiones sub conditione deduci, vt, si neget reus quid se accepisse, & si appareat restituisse dicat. *Gloss. in l. siquidem. C. de excepti. Socin. in l. nemo pro ob. betur. nu. 1. ff. de excepti. Din. in. cap. nullus pluribus. 20. de reg. iur. in. 6. Boer. decif. lib. 2. cap. 43. nu. 10. Menoch. lib. 2. præsumpt. 42. nu. 2.* Quo casu non tantum contrariarum exceptionem propositio, sed & probatio, quæ alias non recipitur, admitti potest, *Socin. d. l. nemo. nu. 1. ff. de excepti. Menoch. d. præsumpt. 42. nu. 7.* & hæc procedunt siue prius, siue posterius spectetur iudicium. *Boer. d. num. 10. Menoch. loc. cit. nu. 4.* Plures autem prædictæ regula ampliationes & limitationes, tradunt D. Peck. ad *cap. nullus plurib. de regul. iur. in. 6. nu. 2. Gabr. lib. 2. communi. Conclus. tit. de Actibus. Conclus. 1. num. 10. cum 14. seqq. & Menoch. d. præsumpt. 42.*

Versic.

Num. 5.

Verfic. AD TEXTVM.

Reum, à quo petitur totum, partem quam liquide debet, necessario oblaturum, alioqui in mora constitui, & in expensis condemnandum esse.

Probat & sequitur Rebuff. in proem. Consil. Regiar. gloss. 5. nu. 11. Papon. lib. 8. tit. 2. arrest. 3. & lib. 18. tit. 2. arr. 5. D. Ant. Fab. In Cod. suo tit. de plus petit. definit. 1. Bugnon. II. abrogat. lib. 1. fe. 258. Tessaurus tamen, Decis. Pedemont. 231. num. 3. relatis prius aliorum sententis, pro rata victorix expensas compensari tenet, & secundum hoc sepius se vidisse iudicari, quod Senatus Pedemontan. in plus petitione qualitatit, nimirum carere auge, cum deaurata tantum deberetur, pariter secutus est: quamuis hanc decisionem non vsque adeo Tessaur. d. Decis. nu. 4. & 5. amplecti videatur. Porro expensarum compensationem tunc admittit Anton. Fab. Practic. loc. si quantitas non vertitur questio, sed fundi parte iniuste possessam non offerat is, à quo totus vindicatur, ideo quod qui totum fundum petit, non vtique singulas fundi partes in iudiciu deduxisse: videatur quomodo petit quinquaginta, qui centum petit, cum minor summa maiori reuera insit. Faber. d. loc. Est & illud hic notandum, si actor in executione re ea si excesserit ydelleet si pro maiori summa eam fecerit qua sit debitum (totam corruere, eamque restituitis expensis, damnis, & eo quod interest, largiendam esse. Bugnon. loc. cit. accedit totum. b. p. Astius tract. de execution. cap. 11. cum seqq.

In culpa non est, nec moram contrahere videtur.

Esti nihil debitori imputari possit si ex illiquido debito certa quantitas non offeratur, quominus tamen in genere saltem offerat quicquid debitum esse apparebit, eum executioni non posse. Senat. Sabaud. Iudicauit. teste Fabr. d. definit. 1.

Num. 15.

Verfic. QUINTO VT ET HOC.

Num liceat furem occidere pro consequenda re quam furto abutulerit? quod alibi latius tractabitur.

Vid. Auctor. In releat. Clem. si furiosus. de homicid. part. 3. §. vnic. num. 6. vsque ad fin.

Num. 16.

Vtrum Iudex possit delatum de crimine ad poenam damnare ex sola confessione quam ab eo promissa criminis impunitate extorsit, & iure id permissum.

Opinionem hanc, quæ Cyno à Clar. asseritur ipse communiorem quidem, at contrariam, quæ Imola est, æquior rem credit: presertim vbi promittens impunitatem delicti, illud remittere potest, puta Princeps, aut ab eo hanc auctoritatem cõsecutus: tunc enim omnio promissio impunitatis seruanda est, & ita in praxi obseruari tradunt Bõssius In tit. de confess. per tortur. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 55. Verfic. Circa seruandum. num. 9. At si impunitas ab eo qui illam prastare non potest sit promissa, reus sibi imputare debet, quod ei creditur, cum ne iuramentum quidem iudex hic seruare teneatur, maxime si crimen atrox sit. ita Vulneratus. ff. ad leg. Aquil. D. Peck. in cap. non est obligatorum num. 6. Verfic. Amplia Sexto. de reg. iur. in 6.

Cum criminis reus confessionem ita extortam reuocauerit, absque dubio ceseo non posse nec debere ex ea damnari.

Cuius hanc assignat rationem Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. Centur. 4. casu. 367. num. 3. quoniam per reuocationem, ostendit illam confessionem potius spe impunitatis, quam sponte pro rei veritate factam, vt in illa iudex solidum fundamentum constituere nequeat, cum paria sint; confessione dolo vel metu facta esse. argu. text. In l. 1. & per tot. ff. de dol. & in l. 1. & per tot. ff. quod met. caus. Gomez. var. resolut. id. 3. ca. 12. n. 6. Sed an ex tali confessione reus torqueri possit? & huius apud Clar. pract. loc. n. 7. extat exempli: Faber tamẽ huiusmodi contententẽ ex spe immunitatis, impunẽ resillire posse tradit: ita vt nec propter eiusmodi variationem (si alia indicia nulla sint) questi oni subiiciendus sit, nõ magis quam si numquam confessus fuisset. D. Anton. Fab. in Cod. suo. tit. de confess. definit. 8. allegans Dec. cum Apost. In l. ea est natura. ff. de reg. iur. quorum opinio ob rationem prius allegatam non improbabilis videtur.

Quod si in ea confessione frustratus spe promissionis perseuerauerit, damnari poterit ex mente omnium.

Scilicet poena delicti ordinaria (prout innuere videtur Couarr.) atque expressim asseruerat Menoch. d. casu. 367. nu. 2. Ant. Faber. tamen in Cod. suo. tit. de confess. definit. 8. mitius hoc casu ad condemnationem veniendum ait. Iunge quæ supr. hoc cap. notantur. Verb. vtrum iudex possit. &c.

Pœna autem arbitraria & mitiori reum ipsum ex hac confessione puniri fortassis expedire publicæ.

Et ita adhibita distinctione poenæ ordinariæ, & extraordinariæ, siue arbitrariæ, conciliatur opinio eorum, qui simpliciter tradidere reum ex sua confessione, quam in præsentia casu spe impunitatis emisit, puniri non posse, vt & illorum, qui eum puniendum asseruerant. Menoch. d. præsumpt. Verfic. Tertius est casus num. 6. 7. & 8.

Si contigerit præter hanc Rei confessionem aliquot adesse coniecturas &c Non erit à iure deuium, eum poenâ etiam ordinariâ puniri.

De huius declarationis veritate dubitat Menoch. loc. cit. nu. fin. quia, inquit, si præsumptiones illæ & coniecturæ satis non erant, vt reus ille condemnaretur, neque etiam sufficere debent adiectâ tali confessione, cum ex supra traditis, illa nihil aut parum operari videatur, discutiendum interrim relinquit.

Nam in hac specie censet Fortunius Iudicẽ teneri hunc criminis reum qui ab ecclesia iure extrahi poterat eidẽ ecclesiæ restituere, quod mihi dubium videtur.

Sed nec hanc Fortunii sententiam probat Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. nu. 7. vbi interpositam fidem publicam præstandam non esse tradit, si delinquens ab ecclesia iure auelli potuit, alias eam seruandam. asserens hanc esse veratp & notabilem concordiam.

CAP. III.

SITNE FRUCTVVM HABENDARATIO
IN RESTITVTIONE IN INTEGRVM
QVAE CAUSA AETATIS FIT.

IN PRINCIP.

Minoribus ætatẽ propter infirmum ætatis consiliu, ita restitutionem in integrũ concedi, vt & cũ fructibus res minoris reddenda sit.

Ggg 2.

Sive

Sive restituantur aduersus contractum validum, in quo tamen lesio interuenit. *l. quod si minor ff. de minor. ab author. cit.* Sive contractus sit ipso iure nullus, ut pote si venditio prædij minoris sine decreto facta sit. *l. 2. C. si quis ignorans rem minor. l. 1. C. si maior fact. alienat. rat. habuerit. & l. si prædium. C. de præd. mi. nor. ab auth. cit. V. asq. in controu. vsu freq. cap. 71. nu. 1.* An vero hæc pariter in maiore ultra dimidium iusti pretij læso obseruentur à DD. controuertitur, decidit Vasq. *d. cap. 71. nu. 1. & seqq.* etiam in hac restitutione fructus venire, etiam si recipia tantum læsio interuenit. Idque ibidem pluribus rationibus confirmat. Is autem qui victus rei vendicatione rem restituere debet, ad fructus regulariter non tenetur: Vasq. *d. loco*, ubi diuersitatis rationem latissime adducit. Sed plura de hac quaestione infr. *lib. 2. cap. 3. nu. 9.* Postremo quid de restitutionibus maiorum, ratione absentis, captiuitatis, & similibus, num in illis veniant fructus, & æquum esse ut veniant, putat Papinianus teste Vlpiano *in l. air. Prætor. 23. §. item ei ff. ex quibus caus. maior. & concordat l. nec non. 30. in fin. ff. eod.* Quæ in re tamen pro varijs causis actionum, videnda, & sequenda *l. videamus. 38. ff. de usuris. & qua ibi notant ad.*

Num. 3.

Quamobrem textus ille varios habet intellectus.

Ultra intellectus ab auctore ad cap. ad nostram de reb. Eccles. hic relatos tradit Vasq. *d. cap. 71. in d. cap. ad nostram* duo cõtineri singularia; primum, ut villa præcisè Monasterio restitueretur recepto pretio, & non concessa possessori electione: alterum ut restitutio fieret sine fructibus, eaque ratione, quemadmodum in vno grauatus fuit possessor, puta in hoc, quod præcisè rem restituere iubetur, ita ex aduerso fructus retinere posset. Sed his & ceteris Auctoris intellectibus reiectis, addit alium quem sibi magis placere asserit, videlicet dictum capit. non loqui in emptione & venditione, sed tantum in feudi datione, in qua interueniente enormi lesione, feudum tantum seu res ipsa, non vero fructus restituntur, ut pote qui compensentur cum molestijs obsequij feudalis.

Sumptus item in eadem re facti iuxta ea.

Habita nimirum distinctione inter impensas necessarias, vtilis, & voluptuarias, bonæ item & malæ fidei possessoris, in quibus non promiscuo iure utimur, sed in his respectiue actio, retentio, vel abratio conceditur. Quæ de re plene Garz. *tract. de expens. & meliorat. cap. 1. §. 5. & 6. Cuiac. li. 10. Obseruat. cap. 1. Menoch. in tract. recuper. possess. remed. 15. nu. 538. cum seqq. Sichard. ad l. domum. nu. 6. 7. & 8. C. de rei vendicat. Donell. in comment. iur. ciuil. lib. 20. cap. 7. Boer. Decis. Burdig. 44. Molina tom. 2. Disput. 463. versic. ut autem explicemus.*

Præter has impensas fit & æstimatio laboris in fructibus colligendis.

Garz. *d. cap. 1. nu. 14. Vasq. cit. loc. nu. 9. & 10.*

Fructus dicuntur & intelliguntur deductis expensis factis in eis colligendis, etiam à malæ fidei possessore.

Molina *de iustit. & iur. tom. 1. disput. 246. versic. quando autem res.* Sichard. *ad l. domum. nu. 8. Boer. d. decis. 44. num. 11. Donell. in act. de fruct. cap. 7. in fin. Garz. d. tract. de expens. cap. 1. nu. 11.*

Prædicta autem regula procedit, nisi aliud actum esse appareat, quod vel ex verborum significatione, vel ex coniecturis, aut natura rei deprehendi potest. Duaren. *in l. fructus. 7. in princip. ff. solut. Matrim.* Hinc est quod colonus partiaris sumptus non deducat. Capyc. *decis. 20. nu. 14. e. tua nos. & ibi Innoc. & Panormit. de decim. (quod tamen contra receptum apud nos vsum refutat Garz. d. cap. 1. num. 22. & cap. 14. nu. 23.)* quemadmodum nec in decimarum realium præstatione deducuntur *d. cap. tua nos. & ibi Innoc. & Panorm. Garz. d. d. cap. 1. num. 17. Latè infr. hoc lib. 1. cap. 17. num. 3. ad verb. iustissima lege debuitam.* Quid autem in Vectigalibus & tributis publicis, an exemplo decimarum sumptus deduci nequeant? & id probant Afflict. *decis. Neapolit. 252. num. 7. post Bald. Imol. Cuman.*

Roman. Alex. Aret. Socin. *in d. l. fructus ff. solut. Matrim. Contractum tenet Garz. d. cap. 1. nu. 20. & cap. 11. num. 60. Duaren. ubi supra. Capyc. decis. 20. num. 8. Villalob. in commun. opin. l. E. verb. Ecclesia. nu. 3. versic. Nota quod cum Soar in Thesaur. receptat. sem. l. 6. Gabella quo casu. nu. 3. Quorum opiniones conciliari possent, si attendamus an tributa simpliciter rei, an vero eius valori seu prouentibus imperentur, ut hoc casu, sumptus & onera deduci queant, priori vero nequaquam*

Num. 6.

Ceterum ut alias præfatæ decisioni aptemus,

De hac diuisione fructuum eiusque exemplis scribitur Menoch. *de Arbitrar. l. 1. lib. 2. Centur. 3. Casa. 210. Wefemb. in l. de rer. diuis. §. siquis à non domino verb. fructus.* qui cum Couarr. arbitrio Iudicis relinquunt, naturalis, an industrialis fructus sit dicendus, prout in illis industria, laboreque hominum naturam immutat, vel saltem illi præualeat. Menoch. *d. l. 1. nu. 20. Wefemb. ad d. verb. fructus, Schneid. in l. de rer. diuis. §. siquis à non domino nu. 3.*

Versic. HIS SANE PRÆMISSIS.

Quatenus bonæ vel malæ fidei possessor, fructus naturales, industriales, extantes, vel consumptos, ante vel post litem contestatam perceptos, suos faciat: tradunt Illust. Cardinal. Tusch. *In practica. Conclus. tom. 4. lit. F. Conclus. 490. & plene Donell. in Commentar. iur. ciuil. lib. 20. Cap. 5. circa med. & cap. 4. & vlt. tract. de fructib. Vasq. in controu. vsu freq. cap. 70. qui duo posteriores, nonnulla probabilibus admodum argumentis, contra communem opinionem adducunt.*

Num. 8.

Num error iuris bonam fidem producat, & an ea sufficiens sit quantum ad fructuum acquisitionem.

Hanc quaestionem examinat Vasq. *in controu. vsu freq. cap. 70. num. 9. & 10. Vbi tum communem, tum Couarr. opinionem reprobat.*

Num. 10.

Ecclesia propter enormissimam læsionem etiam post quadriennium, potest petere in integrum restitutionem.

Restitutio hæc, non solum ob enormissimam læsionem (de qua hic Auctor) Ecclesie ultra quadriennium conceditur, sed etiam quotiescumq; fraus ac dolus interuenit, aut si alie rationabiles subint cause, que principem mouere debeant ad restitutionem in integrum concedendam: Molina *tom. 2. Disput. 574. versic. Capite de in integr. restit. & Auctor. hoc cap. nu. 11. versic. secundo ex his.* E quarum numero est, si Prælati qui contractu suo Ecclesiam læsit, toto quadriennio, quo restitutio petenda erat, vixerit. Villalob. *in commun. opin. l. E. nu. 9. in cuius vitæ, nec alia quæuis currit præscriptio. Cauale. Decis. 45. nu. 61. Villalob. l. R. nu. 42. Guid. Pap. Decis. Gratian. 150. & illud Matheus in annotat. Papon. lib. 12. tit. 3. arrest. 4. præsertim quando intercessit læsio enormis, vel Prælati fuit disparat. solitius negligere, & dispendere: Ferrerius in annotat. ad Guid. d. decis. 150. Papon. ubi supra. Et hæc ad hospitaria aliaq; loca pia cità extenduntur, Molina *cit. loc. versic. nomine anti Ecclesia.* Quinimo ex iusta vel probabili causa, Curia Brabantie quocumque, etiam maiores, aduersus lapsum quadriennij restituit, atque etiam Iudicibus inferioribus restitutionis cognitionem committit: quod congruit cum traditis à Vasq. *Centur. l. 1. lib. 1. cap. 31. num. 25. Sfort. Odd. de restit. part. 1. quæst. 19. art. 5. num. 57.**

Num. 11.

Ego sane difficilem hanc quaestionem ita definiendam esse opinor.

Accedit Molina *tom. 2. Disput. 573. versic. d. l. item supra qd.* Vbi explicatius hic relata tractat.

Versic.

Verficul. TERTIO HINC DEDVCITVR.

Minorem & Ecclesiam restitutionis in integrum beneficium iure consequi posse, etiam si lesio dimidiam iusti pretij excesserit.

Distinguit Anton. fab. in Cod. suo tit. de in integr. restitut. minor. dicitur, ut restitutio non concedatur quando in sola pretij quantitate lesio interuenit: datur autem si vel dolus aduersarij intercesserit, vel in hoc ipso minor latus sit, quod eam rem vendidit, quam vendere non expediebat. Sed Couar. sententia in Curijs nostris indistincte seruatur, quin ad rescissionem contractus ob lationem vltra dimidiam, cum nostris, tum Gallorum moribus, diplomate Principis opus est.

CAP. III.

CORAM QVO IUDICE SIT IN INTEGRVM RESTITVTIO POSTVLANDA.

IN PRINCIP.

Eam esse postulandam à Iudice ipsius contra quem petitur.

Moribus nostris & Gallie, restitutio postulanda est à iudice superiore: nimirum Ceria, vel Consilio Principis, aut regionis. Papon. Notariat. 3. lib. 5. tit. des prouis. referu. au Princ. vers. Au jour d'hy. Imbert. lib. 1. Instit. forens. cap. 3. Papon. in ar. restit. lib. 16. tit. 3. arr. 11. Sed cognitio causa per diploma Principis, vel Curie ad instantiam Impetrantis, committi solet Iudici eius, contra quem petitur restitutio, & potest quem admodum stylo patriæ & Gallie feruatur, Iudicium rescindens & rescissorium cumulari, atque simul Intentari. D. Anton. Faber. in Cod. suo tit. de Ordin. iudic. defn. 3. Guenoi ad Imbert. Instit. Forens. lib. 1. cap. 3. lit. K. la second. Rebuff. ad Constitut. Reg. tom. 2. tract. de Resciss. contr. glos. 2. r. num. 14. Papon. lib. 16. tit. 3. arr. 8. In tribus tamen casibus coram Iudicibus inferioribus, abique diplomate Principis vel Curie ad rescissionem contractus proceditur, si videlicet vsurarius sit, vel si sit simoniacus. Denique quoties contra receptam consuetudinem aut expressum principis statutum celebratus est, Papan. d. loc. 11. Guenoi in Annot. ad Imbert. d. lib. 1. Instit. forens. ca. 3. lit. B. Queri autem potest si realis incidat controuersia, coram quo iudice, aduersarij, an vero vbi res sita est, restitutionis lesio ventulanda sit. Contraria eius rei aresa recenset Rebuff. ad Constit. Reg. tom. 2. tract. de restitut. in prefat. nu. 19. & seqq. & d. tract. de Resciss. contr. glos. 2. r. nu. 11. & seqq. & pap. lib. 7. tit. 7. arr. 24. Porro Duaren. ad tit. ff. de in integr. restitut. c. 3. ita distinguit, vt si is qui metu, dolo, aliaue causa inductus, à pretore rescisso eo quod gelit est, actionem in personam postulauerit, coram iudice domicilij citati iudicium tractari debeat, si vero petierit vt det, restituarque actionem in rem permittatque eam vendicare. (Cuius exstant exempla in lin. cause. 13. §. interdum. ff. de minor. & m. morum. §. vlt. ff. quod met. caus.) tunc expectari iudiciu vbi res sita est. Iuxta praxim vero Curie Barbantiæ, restitutionis in integrum cognitio ad instantiam partis, committitur aut Iudici domicilij eius, contra quem restitutio postulat, aut Iudici loci vbi res sita est: quod in Gallia aliquoties etiam vsurpatum esse tradit Rebuff. loc. supr. cit. Sed si incidenter restitutio petatur eo casu de illa cognoscit Iudex, qui de principali actione cognoscit. Anton. fab. in suo Cod. tit. vbi & apud quem cognit. in Integr. restitut. defniti. & ibid. in dig.

Num. 1.

LOCVS VBI CONTRACTVS FVERIT CELEBRATVS DE IVRE IDONEVS EST.

Vt in eo agatur & tractetur de eius dissolue, si reus ibidem presens fuerit.

Sequitur Molina. tom. 2. disput. 573. versic. interrogabis, ibi. Contrarium tamen affirmat. Sed quari potest, si reus ad locum contractus se non conferat ideoque iudicium alibi tractandum sit, an in expedienda cognitione restitutionis in integrum locus iudicij attendi debeat, an locus potius in quo contractum est: in quo Anton. Fab. C. vbi & apud quem desinit. ita distingui solere dicit, vt si restitutio petatur ex ea causa quæ iam ipso contractus tempore locum habuit, spectetur id ius quod obtinet, in loco contractus, sin vero id postea superuenerit, ius loci iudicij attendatur.

Num. 2.

Scio etenim me diuinatione vti

Non arbitratur Molina d. tom. 2. disput. 573. versic. dabium est. discedendum esse à communi sententiâ decisione duorum capitulor. 1. de restitut. in integr. & penult. de reb. Eccles. non alienand. comprobata: probat tamen quod Couar. subiungit, nempe privilegium istud non esse extendendum ad bona personarum Ecclesiasticarum, sed illud in bonis proprijs Ecclesiarum tantum habere locum.

Num. 3.

Afferit res patrimoniales Clericorum eodem vsucapi tempore.

Quo iure vsucapiuntur res laicorum.

Accedit Molina tom. 1. disput. 72. versic. Porro idem privilegium qui ibi. & disput. 70. decisionem hanc extendit ad habentem dominium vtile rei, cuius proprietas ad Ecclesiam pertinet, vt ad Emphyteutam, aut feudatarium Ecclesie, cuius ea assignatur ratio, quoniam ad quod prescribitur, dominium nempe vtile, non est Ecclesie sed priuati. Couar. in Reg. possessor. par. 2. §. n. 26. Aluar. Valas. de iur. Emphyt. quest. 17. Gama. decis. 149. num. 5. hæc tamen à nonnullis limitantur, quando inficia Ecclesie (cuius est dominium directum, cuiusque interest hunc potius, quam alium habere vasallu vel Emphyteutam) nouus Emphyteuta rem possedit. refert Molina. d. tom. 1. d. disput. 72. versic. Emphyteus ecclesiastica.

CAP. V.

De Minore enormiter leso in spiritualibus an & is restituendus sit.

Num. 3.

Verfic. CONTRARIAM.

Contrariam sententiam veriore esse iure opinor.

Sequitur & probat Molina de iustit. & iur. tom. 2. disput. 573. versic. vtrum autem si in renunciatione.

Num. 4.

Et vere quidem vetitum est in beneficiis sanguinis non meritorum rationem haberi.

Hinc prophetarum & SS. Patrum imprecationes aduersus eos qui Edificant Sion in sanguinibus, & dicunt: hereditate possideamus sanctuarium Dei, quibus diuinus Micheas cap. 3. respondet ob id: Sion quasi ager inarabitur & Solimorum ciuitas quasi aceruus lapidum erit. Quocirca Moyses, quanquam diuinâ prouidentia Sacerdotum familie Aaron successione destinatum foret, non aliter tamen id filiis eius contulit, quam quatenus merita eorum ferrent. Prout Phylon Iudæus alii que notarunt. Quorum si qua sub pontificatu Iudæ habitata fuit ratio, maior certe sub lege Euangelica haberi debet. Ad que ita D. August. Deus non ex genere carnis & sanguinis sicut erat primum secundum ordinem Aaron, sed sicut oportebat in testamento novo, vbi secundum ordinem Melchisedech summus Sacerdos est Christus: pro cuius merito quod in eo diuina gratia contulerit, Levitas & Sacerdotes eligit. Quin tantopere apud Rom. neglecto sanguine merita spectata fuere, vt nec in successione regnorum, Augustus

Ggg 3 filios

filios suos populo Romano cōmendārit, nisi adiectā clausulā, *Si merebuntur*. Sueton. in August. cap. 56. Et Nerva Traianū ex virtute, non sanguine successorem sibi designavit. Pleinius de his, & vniuersē de resignatione & collatione beneficiorum in personas coniunctas, D. Sebastianus Rouliard, sēculi nostri disertissimus Orator, atque etiam clarissimus Iuriconsultus, en ses Reliefs. Forens. tit. Confidence. Annus Robert. lib. 1. rev. indicat. ar. cap. 7.

Num. 8.

Versic. *ULTIMA RATIO.*

A quo ego libenter dissentio communem sententiam secutus.

Dissentit & Emanuel Soarez in Theaur. recept. sentent. lit. P. versic. Permutanti beneficia. nu. 114. Viu. In nouissim. opin. 1047. nu. 21. Rebuff. ad Constitut. Reg. tom. 2. tract. de resiss. con. tract. vni. vnic. gloss. 15. nu. 10.

Num. 9.

Fateor tamen minorem ex simili permutationis contractu læsum, auxilium in integrū restitutionis iuste postulare.

Idem tradit Molina. d. disput. 573. versic. Verum autem, si in renunciatione aut in permutatione.

CAP. VI.

AD POSTULANDAM IN INTEGRVM
RESTITUTIONEM, AN SIT NECES-
SARIVM SPECIALE MANDATVM.

IN PRINCIP.

Quæ mandatum speciale exigunt & ea sane traduntur per gloss. & Doctor.

Pap. 2. Notar. lib. 2. tit. des procureurs. versic. ce chapitre cum seqq. v. g. quatuor casus speciale mandatum exigentes refert: & Rebuff. in gloss. concordat. tit. de elect. derogat. gl. in verb. speciale pag. 59. col. 1. quadraginta septem recenset.

Num. 1.

Vbi restitutio in integrum principaliter petitur: nam si de ea incidenter agatur, minime necessarium est mandatum speciale.

Molina de Infit. & iur. tom. 2. disput. 573. versic. que dicta sunt de speciali mandato. idque etiam seruant & sequuntur practici, vt videre licet apud Greuzū conclus. 143. Consider. 1. nu. 9. v. e. emb. in paratit. Cod. etiam per procuratorem etc. Costal in l. illud. 25. ff. de minor. 25. an. Wurmler. In practice. obseruat. tit. 5. Obser. 9. nu. 2. & tit. 25. Obser. 2. Papon. loc. cit. versic. pour le sixiesme, vbi exemplis declarat Mynf. Cent. 2. Obseruat. 26. qui ita in Camera Imperial. seruatum & conclusum refert.

Nempe intra decem dies, & sic terminum appellandi petatur.

D. Anton. Fab. In suo Codice. tit. etiam per procurat. definit 1. in alleg. nu. 3. versic. primus est. Molin. d. loc.

Versic. *EX QVIBVS.*

Quamuis sit lapsus terminus.

Molin. praest. loc.

Num. 2.

Vt sit satis mandatum esse speciale ad petendam generaliter in integrum restitutionem, licet non sit expressa causa.

Mynf. Cent. 2. Obser. 26. nu. 3. Molina d. tom. 2. disput. 573. versic. quando aliquis non est ita legitimus & hoc similiter in mandato ad transigendum, compromittendum, per mutandum, recipiendum iura quinti vel subquinti, amortizandum, acceptandum beneficium, respectiue declarant Menoch. conf. 260. nu. 9. & Confil. 287. nu. 22. Molin. ad consue. Parisien. tit. 2. §. 14. nu. 12. & §. 41. numer. 76. Adit. ad Rot. Rom. in antiquior. tit. de procurat. dec. 8. Villalob. in communibus opin. lit. M. nu. 10. Quæ quidem opinio maximum fundamentum habet, secundum quam tutius futurum putat Mauric. de resiss. cap. 24. nu. 6. causam mandato inferi, et si eius iusio procuratorum non viciet.

Cui quidem periculo lex mederi voluit.

Mynf. d. Obser. 26. nu. 3. in fin. vbi idem in causa Matrimonij seruandū decidit, quod in casu ad eundem hereditatis statutur, idque generaliter etiam locum habere, quoties ex eo, quod res nō exprimitur in particulari, imminet detrimentum alicui tertio. tradit Molina. tom. 2. Disput. 573. d. versic. quando aliquis non est ita legitimus.

Versic. *TERTIO IN EANDEM.*

Quoties verba ipsius mandati non tantum expresse, sed etiam tacite, sub generali verborum serie speciale mandatum ad hoc significant ipse procurator admittendus.

Ant. Fab. d. tit. C. etiam per procurat. definit. 1. in allegat. nu. 3. versic. secundus casus est. Idem si per effectum, & necessariam consequentiam, mandatum speciale inferitur, quemadmodum ex data potestate inuestiendi Ecclesias, vel manus mortuas, in amortizatione decidit Molin. d. §. 41. n. 76. & Anton. Fab. d. definit. 1. in subiecta restitutionis materia procuratori constituto, ad rem redimendam, facultatem petendi restitutionem in integrum concedit, si absque eā nullam redimendi ius sit.

Num. 3.

Procuratorem habentem mandatum ad petendum, defendendum, & supplicandum posse petere in integrum restitutionem etiam principaliter.

Cum sub duobus prioribus verbis, non continetur mandatum speciale ad petendam restitutionem in integrum. c. quid ad agendum de procurat. in 6. Videtur quod vim ponat Auctor & Cassador. per eum citatus in verbo, Supplicandum, de quo an restitutionem complectatur, dubitat Molina d. Disput. 573. versic. quando aliquis post med. Patet tamen ex traditis à Mauric. de resiss. in imegr. cap. 32. restitutionem in integrum, & supplicationem non semper inter se differere, sed aliquoties confundi, atque adeo parem vere vim obtinere, præsertim quoad materiam subiectam.

Versic. *QUARTO.*

Sat esse in mandato, aliquot exprimi quæ mandatum exigant speciale adiectā clausulā generali in hunc sane modum; Et ad omnia alia requirentia mandatum speciale.

Dummodo tamen non sint maiora vel graviora expressis. Clement. non potest. de procurat. in 6. Lancelot, Instit. iur. Canon. lib. 3. tit. 2. de Procur. versic. crimina tamen. Requiritur autem hic specialium casuum expressio. Nam huius decreti generale mandatū etiam adiectā clausulā; Etiam si specialia mandatū requirant. ad eos non extenditur. cit. a quo ad agentis. Molin. d. Disput. 573. d. versic. procurator alienius. Pap. notat. 2. lib. 2. tit. des procureurs. versic. le procureur donques. Ex aduerso quoque mandatum generale, singula specialia sub regula comprehensa continet, quoties ei subiecta est exceptio casus speciale mandatum requirentis, siquidem eam non exceptis firmat regulam. d. c. qui ad agendum de procurat. in 6. l. nam quilibet.

Duaren. d. tit. C. etiam per procurat. versic. hinc nascitur questio Molina. d. disput. 573. versic. quamvis consanguinei. Anton. Fab. d. definit. x. in allegat. num. 3. versic. quid si consanguineus. vbi quæ de patre hic traduntur, intelligit in eo qui filium in potestate habet; atque adeo si ei peculium profectitium sit, secus si tantum castrense, vel quasi: Nam quod ad aduentitium attingit, poterit inquit, pater non tanquam coniuncta persona, sed tanquam legitimus administrator restitutionem petere. Huius autem versic. decisio secundum ante tradita intelligenda est nisi incidenter restitutio in integrum petatur. Duaren. loc. cit. Vel nisi legitimam administrationem consanguinei habeant, & ita tanquam tutores, curatores, & c. admittantur. Costal. ad l. patri pro suo 27. ff. de minor. prout latius infr. hoc cap. num. 6. versic. nono erit. Et hoc moribus nostris servatur.

Versic. *SUPEREST TAMEN.*

Scribit Mandatum speciale fratrem illum habuisse, nec hic intellectus abhorret à veritate.

Non videtur etiam improbare Molina, tom. 2. disput. 573. versic. Quamvis consanguinei in fin.

Num. 6.

Eum fratre ideo admissum fuisse sine mandato ad petendam in integrum restitutionem, quod confors esset litis.

Aliam rationem & intellectum assignat Molina d. Disput. 573. d. versic. quamvis. quod ibi non solum frater ille confors erat litis, sed etiam pro seipso restitutionem petebat, eo quod ipse cum suo fratre tempore suæ minoris ætatis latus fuerat eo contractu, quare cum suam causam ageret, eamque indiuiduam cum causa fratris, & beneficium sibi commune cum fratre in eadem numero re peteret, concedi utique ei debuit.

Versic. *NONO ERIT ADVERTENDVM.*

Tutorem, Curatorem, Oeconomum, Prælatum, ac ceteros habentes administrationem alieni patrimonij absque mandato speciali restitutionem in integrum postulare posse.

Concordat Mynsing. Centur. 2. obser. 7. in fin. Ant. Fab. d. n. 3. versic. sextus casus est. Wetemb. in paratit. C. etiam per procurat. Molin. d. loc. versic. vtrum autem, & idem de Syndicis & legitimis civitatum administratoribus. Grauet. consil. 238. nu. 2. in fin. Gail. lib. 2. obser. 7. nu. 11. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quest. 31. art. 7. Mauric. de restit. in integr. cap. 27. ut & de procuratore filii iudicium est Sfort. d. quasi. artic. 12. nu. 55.

Versic. *DECIMO ANNOTANDVM.*

Non esse necessarium speciale mandatum ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum.

Sequitur Molina d. loc. versic. licet ad petendam. Item Anton. Fab. vbi supr. num. 3. versic. Septimus si tractanda. Sfort. d. artic. 12. numero 66.

CAP. VII.

DE PRÆLATIONE HYPOTHECA VXORI PRO DOTE COMPETENTIS.

Num. 1.

Vxor pro restitutione dotis tantum hypothecam habet à lege inquam inductam in omnibus mariti bonis.

Queritur an etiam in feudalibus? & quibusdam placite tacitam hanc hypothecam in feodis mulieri tantum contrarium n. 73. alii vero eam respectu feudorum nullatenus extimere censent, Alexand. d. si constante. num. 25. Salicet. lat. & alii in l. vlt. C. de emphyt. Bald. in l. 1. C. vt in possess. legat. Troquel. de resing. Centur. 6. obser. 45. nu. 4. Camera Imperialis Myning. quamvis mulier non haberet ius tacite hypothecæ in feudis, cum tamen ea iure consuetudinario in Brabantia vicecunctiua in subsidium distrahi possunt, putarem mulieri in ius prælationis competere: illis nimirum in partibus, vt Antuerpiæ & alibi, vbi privilegium prælationis locum habet, Dubitari etiam posset an ius tacite hypothecæ, & privilegium prælationis competat vxori in bonis sitis in territorio, vbi ea iura propter contrariam observantiam non vigent? quæ questio controuersa non caret, quemadmodum videre licet ex ijs, quæ tradunt Gail. lib. 2. obs. 124. num. 4. & seqq. Gabriel. com. conclus. lib. 6. de stat. conclus. 8. & 9. Myning. com. 5. obseruat. 19. nu. 3. Stilo tamen civitatis. Antuerpiensis mulieres pro restitutione dotis, bona maritorum vbiunque eadem locorum sita sunt arrestare & in iudicio sumario eorundem procedere, ac sententiam obtinere, cuius vigore, illa impetratis litteris requisitorialis ab iudice territorij distrahantur, atque in pretio eorundem mulieres præferuntur, & ita contradictorio iudicio in Flandria aliisque locis, vbi prædicta privilegia non vigent, non semel iudicatum, atque inter cetera 28. Junij anno. 1596. pro Petronella Hack vidua Rumoldi Heims, contra Ioannē Bouvens, & Nicolaum de Witte, in provinciali Consilio Flandriæ definitum. Itē superioribus annis inter Cornelium vander Geest, & viduam N. idem quoque iudicatum Scabini Curie Francometanæ in Flandria, in causa Mariæ vincx, 21. Julij anno. 1570. quod sua sententiâ Magistratus Grauellingensis 10. Maij, anno 1602. etiam probavit.

Modo intelligamus hanc hypothecam quoad bona ista paraphernalia non inesse cum privilegio prælationis.

Quamvis moribus Antuerpiensium, vxor non magis pro dotalibus, quam pro paraphernalibus bonis, ius tacite hypothecæ habeat, semper tamen, tam respectu paraphernalium, quam dotalium, ius prælationis habuit.

Versic. *TERCIA CONCLUSIO.*

Et quia ea verior mihi semper visa fuit.

Et hanc sententiam Senatus Sabaudia sequi solet. Anton. Fab. in cod. suo titul. de privileg. dor. definit. 3. aliter tamen & contrarium à Camera Imperiali iudicatum esse testatur Mynsing. Centur. 4. obser. 13. quod etiam sequitur Charond. lib. 5. respons. 53. versic. Respondeo à disputer. Consuetudine vero Antuerpiensium, mulier nullis creditoribus expressam hypothecam habentibus, non magis posterioribus quam prioribus præfertur. Plane mulieribus, sicut & ceteris creditoribus posterioribus iisdemque possessoribus, saluam esse oportet exceptionem non factæ excussionis, si ab anteriore creditore expressam hypothecam habente, per quam Sannanam conueniantur Fab. d. loc.

Versic. *QUARTA CONCLUSIO.*

Hypotheca tacita pro dote vxori competens præfertur expressæ posteriori.

Accedit Mynsing. d. Centur. 4. obseruat. 13. Schneid. instit. de Action. §. fuerat. nu. 58. contrarius apud Antuerpiensium, inualis usus, vt ad præcedentem versic. annotatum est & hunc firmat Angel in §. fuerat. nu. 12. instit. de act.

Versic. *QUINTA CONCLUSIO.*

Hypotheca expressa pro dote competens, nequaquam præfertur expressæ priori.

Ant. Gomez. ad l. 50. Tauri num. 40. Molina de iust. & iur. tom. 2. disputat. 438. versic. dubium deinde est.

Potro privilegium prælationis quod mulieribus à iure tribuitur & ab auctore hic recensetur, in heredes suos etiam transit. *text. in nouell. 91. in præfat. versic. non enim alijs. & cap. 1. §. si vero nihil in fin. Ioann. Fab. in breuiar. C. ad l. vnic. de priuilegijs. Gomez. in l. 50. tit. 1. n. 37. & 45. Molina. tom. 2. disp. 438. in p. princip. non ite in extraneos, d. l. vnic. C. de priuileg. dor. & ibi Ioann. Fab. D. Gothofr. in l. dotale. 13. §. heredi. 3. ff. de fund. dotal. Sebastian. Neuius in systemat. ad d. l. vnic. Gomez. & Molina citat. Quod ipsum consuetud. Antuerpiensium etiam receptum est. Nisi mulier dum viueret, actionem pro dote in iudicio summario vel contradictorio instituerit, tunc enim actio cum iure prælationis, etiam in extraneos heredes transit.*

Num. 5.

Verfic. EGO SANE IVRE VERIVS ESSE OPINOR.

Quæstiones hic & num. seqq. propositas, plenissimè & elegantè tractat Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. & 13. late de his etiam agunt Fachin. *Controu. iur. lib. 8. cap. 77. cum 10. seqq. Valq. lib. 3. controu. vsu freq. cap. 46. & seq. Molina d. tom. 2. disp. 439. cum seq. Gabriel. com. conclus. lib. 3. de iure dor. conclus. 4. Schneid. ad Instit. tit. de Adion. §. fuerat. nu. 65. & seqq. Aluar. Valasc. tom. 1. disp. 5. & 6.*

Prædictis autem quæstionibus affinis est an clandestina promissio, quam filius vxorem ducturus patri suo extra contractum matrimonij facit, quæque donationem propter nuptias stipulatam remittit, vel minuit, subsistat: & eam reuocari & improbari respondit Charond. lib. 2. respons. Gallia. 24. Cui non ab simile est, quod Senatus Parisiensis in sacero iudicauit, qui cum tabulis nuptialibus dotem mille aureorum genero promississet, secretà pactione ab eo stipulatus erat, ne contractis nuptiis amplius quam quingentos aureos exigeret: quam pactionem arresto suo improbauit. Annus Robert. lib. 1. ter. indicatar. cap. 2.

C A P. VIII.

DE MELIORATIONIBVS HYPOTHE. CÆ ET PIGNORIS.

Num. 1.

Hac formula vti debet.

Hæc formula nec in Curijs nostris, nec apud Gallôs vsurpatur: sed aliâ illi vti solent, de quâ vid. Pap. notar. 2. lib. 3. tit. lusion. cinque. versic. me sic. combien que indifferement. pag. mibi. 191.

Num. 3.

Verfic. SECUNDO ADVERSVS BARTHOLVM.

Alter I. C. locus sese offert in l. cum postulasse.

Text. hunc egregiè & latè expendit Garz. in tractat. de expens. & meliorat. cap. 18. numer. 55. & aliquot seqq. Eumque cum l. Paulus. §. penult. ab auctore. cit. diuersimode conciliat.

Verfic. CÆTERVM ET SI BARTH. OPINIO.

Vt æstimatio fiat deductis meliorationibus-

Molina tom. 2. disp. 533.

Attento præsentis tēporis valore &c. Nam Valoris ipsius intrinsecum. &c.

Et ita etiam tenent, Molin. ad consuetud. Parisiens. tit. 1. disp. 5. §. 1. numer. 81. Garz. tract. de expens. cap. 18. numer. 78. & 79.

Sed & in eius singulari successore qui rem ipsam non meliorauit, text. optimus in l. hoc iudicium.

Huius text. decisionem in iudicio à se vidisse adductam refert Garz. tract. de expens. cap. 7. num. 13. In specie fundi Emphyteutici, quem dominus ab emphyteuta (qui eum agricolæ à quo melioratus erat locauerat) repetebat, in qua controuersia allegatum fuit, nulla cessione rustici, quoad meliorationes opus fuisse, eo quod ius hoc retentionis defensionem sapiat, ideoque non immerito sicut ius defensionis, in particularem successorem, sine vlla cessione transiisse Bald. Cyn. Barth. in l. 3. C. quod met. caus. prædicta tamen ita intelligenda tradit Garz. Loc. cit. quando particularis hic successor, & qui opponere vult de expensis à se non factis, reperitur rei melioratæ possessor: Ceterum si non possideat verius existimat cum Paul. de Caltr. consil. 270. nu. 4 vt sine cessione expensas non consequatur, nisi suo nomine, vel omnino sibi factæ sint, aut ad eum ex pacto pertineant.

Quamobrem iustius erit in hac controuersia,

Reprobata opin. Couarr. cum Barth. & Gregor. Lopez, in l. 15. tit. 13. part. 5. verb. en buena fe, optione tertio possessori concedit Molina de iustis. & iur. tom. 2. disp. 533. vt vel soluari valorē rei æstimate sine melioramentis, vel vt eam exhibeat, accipiendo prius quod plus valeat, ratione melioramentorum, quam opinionem anno 1584. sequutus est Senatus Antuerpiensis in causa Patru mei Adriani van Vfele citati, ex vnâ, contra Heredes Iudoci Carreest actores, ex alterâ, partibus. A prædicta tamè Molinæ opinione recedere videtur Garz. d. cap. 18. nu. 77. sententiam Auctoris approbans.

Num. 4.

Verfic. PROXIMAE QUÆSTIONI ACCEDIT.

Distinguendi sunt fructus percepti, ab his qui percipi potuerunt ex ipsis meliorationibus.

Distinctionem hanc, tanquam communem refert Molina, de iustis. & iur. tom. 2. disp. 455. versic. quod vero æstimet. ad secundum. Aluar. tamen Valasc. de iur. emphyteut. quest. 25. nu. 26. à Molina citatus, in tribunalibus Lusitaniz receptum ait, malæ fidei hunc possessore, non teneri deducere, fructus, (vt ipse loquitur) quos ex suis melioramentis percepit, sed illos sibi habere præcipuos: atque eiusdem etiam sententiæ fuerunt Matthæus de Afflic. & Capyc. ab eo cit. & ita etiam concludit Garz. tract. de expens. cap. 23. nu. 54. Eo quod meliorationes iure proprio ad meliorantem pertineant, & fructus iure domini, non solius possessionis, percipiuntur: Deinde cum mala fides non auferat meliorationes extantes, qui poterit fructus consumptos præterquam quod mala fides, etiam si respectu rei ipsius foret, non est neque reperitur circa meliorationes, quas interno, & externo animi & fori iudicio, meliorans suas esse scit, & ita tenendum contra dominum Couarr. tradit Garz. d. loc. qui ibidem secundum prædictam opinionem Matth. de Afflic. iudicatum refert.

Verfic. QUID IGITVR.

Sed & eandem Matthei opinionem censent veram esse.

Tenet Molina d. tom. 2. Disp. 463. Versic. quando bona fidei possessor. bonæ fidei possessorem non deducere fructus perceptos ex melioramentis, & expensis in re alienâ à se factis, & in hanc opinionem merito Couarruuiam in editione Cæsar-Augustana inclinare dicit.

Num. 6.

Filium habere tacitam hypothecam aduersus bona patris.

Quæ incipit à puncto quo pater suscepit administrationem aduentitiorum bonorum filij, etiam antequam male ea administret, aut indebitè alienet *l. cum oportet. §. vlt. C. de ben. que lib. Molina tom. 2. decis. 536. versic. filius item.* Quod etiam procedit in tacita hypothecâ, quâ habet pupillus vel minor in bonis sui tutoris, vel curatoris: vsque adeo, vt si post acceptam tutelam, vel curam, bona quæ tempore susceptæ tutelæ tutor vel procurator possidebat alienauerit, ea non aliter in emptorem transeant, quam cum onere hypothecæ, pro principali, & redditibus in ratione liquidandis, ad quæ recursum habet minor, dummodo prius fiat excussio in bonis patris vel alterius administratoris, prout iisdem ferre verb. tradit. Munnoz. *tratt. de ratiocin. administr. cap. 39. num. 2.* hoc tamen moribus Antuerpiens. non seruatur, quibus generalis vel tacita hypotheca bona non afficit.

Superest ergo, eam decisionem à iure Romanorum omnino alienam esse.

Regiam hanc decisionem non contrariari iuri communi, tradit Gregor. Lopez. quem refert & sequitur Molina *tom. 2. disput. 536. versic. filius item habet, post med.* Quin ex eâ æquè ac iure scripto, filium bona sua aduentitia à Patre ex causâ non necessariâ, vel iniustâ alienata, absque vlla excussione bonorum patris vindicare posse: quod nimirum prædicta regia lex, quæ hanc excussionem mandare videtur, tantum obtineat in bonis mobilibus, & rebus quæ seruando seruari non possunt, atque adeo in prædico ex causâ necessariâ à Patre distracto, Molin. *ubi supr.*

Num. 7.

Versic. *QUOD SI PATRE VIVENTE.*

Textus singularis vbi glossa & Salicet. in l. Vsfuctus. de iure dotium. text. in §. finitur.

De verò horum iurium intellectu, & an vsufructus etiâ legalis alteri vendi, cedi, vel donari possit latè Garz. *de expens. & meliorat. cap. 10. num. 27. vt mult. seqq. & nu. 37.* Pinell. *ad l. 1. part. 3. num. 37. 38. 40. & seqq. C. de bon. Matern.* vbi affirmatiuam asserere videtur; nec referre, per quæ verba fructuarius ius suum cedat. Vice versâ queri potest, an proprietarius possit vendere proprietatem, atque sine voluntate vsufructuarij? & posse definitur in l. locum. *versic. proprietarius. ff. de vsufruct. l. fundi Trebatiani ff. de vsufr. legat. l. 3. §. si heres ff. vsufructuarij quemad. cau.* Quod moribus Antuerpiens. congruit, secundum quos & vsufructus ab vsufructuario, & proprietate à proprietario, absque alterutrius consensu libere vendi possunt. Quid autem in vsufructu quem pater habet in bonis aduentitijs filij? in quo decisum est, filium non posse vendere, vel alienare proprietatem, sine voluntate vel consensu patris. Text. in l. final. §. filius autem C. de bon. que liber. & ibi gloss. *ordinar. & communiter DD.* Et hoc in quibusdam locis Brabantia, etiam obtinet in proprietate illorum bonorum, quæ dissoluto matrimonio, ad liberos deuoluuntur, seruatò parenti superstiti vsufructu hæreditario, quem vulgo, *erfstoht*, appellant.

Num. 8.

Sic sane licet in rebus.

Materiam huius quæstionis tractat. Sichard. *ad tit. ab auctore l. in rebus §. omnis autem. C. de iur. dor.*

CAP. IX.

DE RETRACTV CONVENTIONALI,
AN ISTEMPORIS PRÆSCRIPTIONE
TOLLATUR.

Num. 1.

Vt venditor.

Quid si plures sint venditores? & cū pactum redimendi indiuiduum sit, non tenetur emptor vni ex venditoribus volenti retrahere, rei partem cedere. Hart. Hartm. *observat. tit. 22. de pact. & tran. tit. numer. 4. Fachin. in controu. iur. lib. 2. cap. 2. potest tamen vnus ex venditoribus offerendo solidū pretium, totam rem redimere, vt pro communiore asserit Fachin. d. observat. versic. ceterum.* Quod & vni ex pluribus hereditibus venditoris est concessum, quemadmodum ex opin. Fulgod. in l. sed si nolit. §. idem Marcellus ff. de Aedilic. edit. (relictâ opinione Castr. in l. si quis aliam ff. de solut.) arrepto Cur. Paris. iudicatum refert. Pap. lib. 1. tit. 6. art. 8.

Possit rem venditam restituito pretio retrahere.

Instituta vt quidam volunt, contra emptorem actione personali ex empto, vel vt alij, præscriptus ver bis, hinc si emptor durante intervallo retractus, rem venditam non possit venditor contra secundum emptorem rei redemptione agere: vt communiori sententiâ receptum est. Mynsing. *Cent. 6. Observ. 69. latè Gail. ll. & dd. ab eo citat. lib. 1. observ. 16. nu. 3. & 7.* Contrariam tamen sententiam, Couarruias *infr. lib. 3. cap. 8. n. 3. versic. hinc apparet.* in praxi recipiendam tradit, quod nempe venditori, contra tertium possessorem competat rei vindicatio saltem utilis: & his congruenter statuto Sabaudia permissum, aduersus primum, vel secundum aut tertium emptorem experiri. D. Anton. Fab. *tit. C. de pact. inter emptor. & venditor. definit. 3. & definit. 8.* etiam ad rem præcisè consequendam: nec liberatur emptor vel alius possessor, præstando id quod interest: de prædictis de causis, si is qui retrouendere debuit decesserit, non alio relicto herede, quam cum beneficio legis & iniuriarum, non erit venditor, aut is qui ab eo causam habet, remittendus ad instantiam generalis discussionis hereditariae. D. Anton. Fab. *d. definit. 8.* Postremo notandum, id quod rei venditæ cum pacto retrahendi accessit per alluionem, vel alio modo, spectare ad venditorem. latè Tyraq. *de retrah. comment. in fin. nu. 92. cum quatt. seqq.* in contrarium tamen recessit Tessaur. *decis. Pedemont. 140. numer. 4.* ita vt venditor possit quidem totum prædium redimere cum augmento, sed estimationem augmenti solvere teneatur, asserens illi equiorem & veram sicut Euangelium: quanquam statuetur ipetitâ reuisione à Senatu Pedemont. aliter iudicatum.

Versic. *EGREGIA TAMEN.*

Iuri offerendi pretium ad rei venditæ retractum ob esse præscriptione 30. annorum.

Et ita vltra doctores ab Auctore citatos etiam tenet Menoch. *consil. 143. lib. 2.* vbi rationes quæ huic sententiæ aduersantur, obicit & soluit: pleræque etiam Gallie consuetudines relatæ à Duret. *allianc. des coutum. tit. 3. §. 20.* ita obseruant, idem quoque definiunt Boer. *decis. 183. num. 2. & Pap. lib. 1. tit. 3. art. 11.* qui tamen in seqq. contraria arrepta refert, per quæ retrahentes post lapsum 30. annorum admitti fuere. Quando autem tempus præscriptionis incipiat currere an à tempore contractus, an à tempore traditionis? & Gomez. *ad l. 70. Tauri. num. 16.* in retractu consanguinitatis, à traditione demum cursum suum inchoare decidit, quod cur in retractu conuentionali non obtineat, nulla ratio est. Aduertendum tamen nullam præscriptionem currere quando contractus est simulatus, & feneratorius. Causale. *decis. 34. part. 2. nu. 8.* Valasc. *consil. 70. nu. fin. Gabriel. lib. 5. num. conclus. tit. de præscripti. concl. 6. nu. 12.*

Etiâ

Etiamsi emptor promiserit venditori rem emptam vendere quocumque & quoties in perpetuum.

Hanc perpetuitatem in hoc retractu spatio. 30. annorum limitari atque extinguere, etiam tradunt Menoch. d. Confil. 143. num. 32. & 17. Ranchin. ad Guid. Pap. decis. 516. Papon. lib. 12. tit. 3. art. 11. & sic videmus causæ actionique recuperandæ dotis, etiam si à se vocetur perpetua l. 1. ff. solut. Matrim. spatio 30. annorum præscribi d. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot. Bald. conf. 4. factum tale quod Am Lucius lib. 3. & conf. 230. Actioni de dote. lib. 4. Ad impediendum autem cursum præscriptionis legalis, vel etiam præscripti temporis, sufficit oblatio donec pars retractum admittat Pap. lib. 11. tit. 5. arr. 1. & 3. D. Anton. Fab. in tractat. de pact. inter emptor. & venditor. desim. 6. Quod consuetudine Antuerpiensi in omni retractu probatur, quanquam in signum promptitudinis pretij, & chixæ voluntatis reprobantis, ab eo nummus quispiã aureus, & argenteus connumerari soleat. Porro vt actionem ad fructus retrahens consequatur reali pretij consignatione opus est, licet & ea assistentia, post litem contestationem vigore, solus oblationis iudicialiter factæ debeatur, prout arresto Curie. Papiensis iudicatum Pap. d. loc. arr. 5. & li. 15. tit. 5. arr. 3. sub. fin. solus tamen emptor pretij vsuris, ne alioqui venditor & rem & pretium simul penes se habuisse videatur Anton. Fab. loc. desim. 6. etiam si alijs placeat à tempore morte & oblationis pretij, fructus esse prestandos. Mynsing. obser. 50. num. 6.

Num. 6.

Verfic. SECVNDVM.

Vbi vero ea præscriptio mala fide processerit et si communiter obtentum sit, eam sufficere ad tollendum ius redimendi.

Præter rationes supra num. 5. pro hac opinione allegatas notari poterit, præscriptiones actionum & iurium contra negligentes iure civili non attenda possessoris vel debitoris mala fide inductas, ob bonum publicum esse tollerandas. L. cum noiffim. l. si quis emptio. C. de prescrip. 30. annor. Wesemb. in not. ad Schneid. Instit. de vsu cap. & long. temporis præscrip. lib. 1. que requiruntur ad vsucapionem num. 18. lit. B.

Verfic. TERTIVM.

Quod si is rei ipsius forte possessor.

Accedit Gabriel lib. 5. com. conclus. de prescrip. conclus. 6. num. 11.

Num. 9.

Itaque manet annuus hinc reditus redimibilis perpetuo.

Quod etiam moribus Antuerpiensium seruatur in reditibus pecunia constitutis, permittunt enim non obstante contrariã cõuentione, in perpetuum tales reditus redimere: imo quod amplius est, si de certo tempore luendi reditus quocumque modo constitutos conuentum sit, addito pacto ne post istud tempus redimi possint: licet nihilominus elapso termino & in perpetuum eos redimere, Reliqua quæ ad materiam spectant latius infra. lib. 3. in capit. 7. & seqq.

C A P. X.

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO AD INTERPRETATIONEM TEXTI. IN CAP. QUANTO DE CONSVET.

De hac Materia quæ Theologorum est, videre licebit. Illustrat. Card. Bellarmin. tom. 3. Controu. lib. 2. in Sacramento confirmationis. Georgium à Valentia, Soarez. Didac. Nunnii Cabezudo, & alio scribentes in 3. part. D. Thom. quest. 72.

C A P. XI.

DE INIURIA QUÆ VERBIS FIT ET MAXIME DE EA QUÆ VERI CRIMINIS OBIECTIONE IRROGATUR.

Num. 1.

Iniuriam non tantum facto sed & verbis fieri palam est.

Cuius iniuriæ verbalis ambitu comprehenditur etiam maledictum, Paul. 5. sentent. 4. §. 18. 19. Plalterium, & cantu in iniuriosum, §. 15. & 16. carmen, historia, §. 1. inst. de iniur. liber, l. 5. §. 9. ff. de iniur. Schneid. ad Instit. tit. de in iur. §. iniuria. n. 1. Nec interest an prædictæ iniuriæ proferantur in actu hominum cum voci feratione, quo casu proprie conuitia sunt, an secus. Item apud Labonem §. conuitium, & §. ex his apparet. ff. de iniur. Schneid. d. §. iniuria. n. 8. Item an in nominatum vel indicatum tantum. Barth. in d. libem apud §. cui non sine nu. 1. Wesemb. in parat. eod. nu. 8. In genere vel in specie Bald. nu. 2. Castr. nu. 4. Tal. num. 5. & 6. in l. 3. de lib. & posth. Barth. in d. libem §. ait. Wesemb. in paratit. tit. de iniur. num. 8. Vide tamen Rebuff. ad consil. reg. tom. 2. tract. de restitut. art. 1. gl. vi. nu. 7.

Vt nec iniuriam istam extinguat honoris præfatio & c. mentis saluo honore tuo. & c.

Andr. Gail. lib. 2. obser. 107. Schneid. ad tit. instit. de iniur. §. iniuria. num. 8. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. iniuria num. 13. Guid. Pap. q. 465. Menoch. tom. 1. Confil. 41. num. 32. & prædicta conclusio procedit, siue protestatio, vel honoris præfatio iniuriam præcesserit, vel eam sequatur. Gail. & Menoch. tit. loc. Si quis autem iniuriosè pronocatus, mentis, respondet, cum iniuriam ad defensionem innocentem & honoris sui retor sisse credatur, iniuriarum actione non tenebitur. Gail. d. loc. n. 4. & obser. 100. num. 3. Schneid. d. §. iniuriam. 9. Crudelis enim D. Augustino teste est, qui formam suam negligit, e non sicut audiendi. l. 1. §. 3. & negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis, sed & omnino dissoluti est. Cicer. lib. 1. Offic. Quod tamè ita se habet si incõtinenti iniuria retorqueatur, secus si ex intervallo fiat, ne vindictam potius, quam honoris defensionem spectasse videamur. Boff. tit. de hemicid. nu. 87. Gail. d. Obs. 101. num. 5. quocirca si conuitio prouocatus aliud factum quod ad eius innocentiam non spectat prouocanti obijciat, vtriusque iniuriarum datur actio. Iul. Pacius in epit. Instit. disput. 16. num. 40. Gail. d. Obs. 100. nu. 9. licet prouocatus mitius puniatur. Capije. Decis. Neap. 58. Si vero iniuriam in hunc modum, mentis vt larro & iniuriatus retorqueat, immunitis erit: quandoquidem ad vnum & eundem tendant effectum. Mynf. Cent. 5. obs. 17. num. 3. & 4. Cessat præterea iniuriarum actio, quoties aliquæ subessent cõiecturæ, per quas protestatio adiuuatur, vt appareat non esse animo iniuriandi prolatum, Iul. Clar. lib. 5. §. iniuria num. 13. Sed de his infra.

Circa prædicta autem quæri posset an verb. Falsum dicis, vel. Verum non dicis, aliquem mentiri inferat, quod Boff. respectu posterioris (quidquid apud Gallos fit) negat apud Italos inferre, esse tamen iniuriosum tradit. tit. de iniur. nu. 7. Viuio vero in nouissim. opin. 6. num. 5. neutrum iniuriosum est, quia non intelligimur per hoc alicui exprobrare quod ex certa sciencia, & sic dolose falsum dicat. Salicet. in l. de tutela. C. de restitut. in integr. Schneid. d. §. iniuria n. 10. ita etiam censet Hieron. Giachar. in addit. ad Clar. §. iniuria num. 14. lit. 1. verb. tu mentiris.

Igitur à conuitijs abstinendum omnino est, hæc enim. & c.

Nam vt apud Comicum est, *Σφες τρεχόντα σίμην τὸν δὲ νόον λόγος* Vt Corpus ensis, verba mentem sauciant.

Num. 4.

Verfic. VERVM.

Etiamsi colligitur conuitiatorem cogendum esse coram Iudice & honestis personis, quod obiecerit retractare.

Palino.

Palinodia hæc, in omnibus iniurijs verbalibus etiam apud Belgas in usu est, vt & apud Germanos, Mynsing. Centur. 2. Obseruat. 98. & Gallos: Pap. lib. 8. tit. 3. Arrest. 18. quanquã & aliã pœnã arbitrio Iudicis (de qua hic Auctor) conuictiores in Belgic affici soleant. Sed an actio ad reclamationem cumulari possit, cum actione ad æstimationem iniuriarum? ex eã pendet quæstione num criminalis vel civilis sit. & quãquam neutri opinioni sui desint auctores, communitamen, & Germaniæ & Belgij praxi receptum est Actionem ad palinodiam esse civilem, & cumulari posse, Gail. lib. 1. obseru. 65. Mynsing. Centur. 2. obseru. 98. Wesemb. Consil. 22. n. 18. & in paratit. ff. de iniur. n. 18. Hartm. Hartman. tit. 49. Obser. 3. n. 6. Vniuersa autem an iniuriarum actio civilis excludat criminalem, & quando civilis causa cum criminali concurrere possit, nec electione vnus altera consumatur, late & egreg. Tessaure. decis. 8. Hoc præterea addendum l. Aquil. actionem institutione prædictarum, non censeri sublatam, vt nec è conuerso nisi æstimatio damni intrinseci in actionem iniuriarum sit deducta Schneid. §. in summa nu. 3. Instit. de iniur. Wesemb. in par. ff. de od. n. 14. Hart. Hartman. in pract. obseruat. tit. 49. Obs. 3. numer. 10.

An autẽ consuetæ iniuriæ verbalis pœnæ, euitari queant pœnitentiã, caloris iracundiã, alioue prætextu? & Vasq. illustr. controu. lib. 1. cap. 18. nu. 38. (vbi de iracundia agit) putat verius, non esse pœnitentiã locum. Accedit Gail. lib. 1. obser. 106. n. 3. Papon vero in Arrest. Cur. Parisiens. iudicatum refert, ne quis facile ob lubricum linguæ infamiam subbeat. Quod Curia Brabantiæ non semel lecta est, Anton. Fab. ad tit. C. de iniur. de finit. 11. similiter prædictam reuocationem vsque ad lites contestationem admittit, sequitur Hieronym. Giaccharius in addit. ad Iul. Clar. li. 5. §. Iniuria ad verb. pœnitere. Clarus autem dicti loco nu. 16. versic. quarto. credit posteriores opiniones neque communes, neque veras: licet pœnitentiã aliue excusationis prætextus quandoque prosint, vt iniurians mitius puniatur. Illustriss. Cardin. Tusch. Conclus. practice. tom. 4. lit. I. concl. 153. nu. 12. Et certe cû res perniciosi exempli foret, quod tri obolaris forte homo procacitate lingue probis & honestis viris laceffitis iudicia reuocatione eluderet, non videtur (pace tantorum Iuriconsultorum dixerim) iniqua Clari opinio saltem vt pœna inspecta qualitate rei & personarum Iniuriati & Iniurantis arbitrio Iudicis committatur: præsertim cum referente Iuliano Peleo Ad. Forens. lib. 8. act. 2. contrariu: Paponis Arrestis à Curia Parisiens. iudicatum sit, tametsi illa adducerentur. Ad que non insecitè Terentius in hecyr. act. 5. scen. 1. qui post factam iniuriam se expurger parum mihi profuit.

Num. 6.

Bartholus tamen querit an iniuriarum actione teneatur is qui alteri, verum crimen conuictio obiecerit? ira tandem rem ipsam distinguit, vt opinetur. &c.

Distinctionem Barth. sequuntur Gomez. lib. 3. var. resolut. cap. 6. num. 2. versic. dubium. Gail. lib. 2. obseruat. 99. Eman. Soar. in Theaur. recept. sent. dir. 1. nu. 85. & seq. Oldendorp. Class. 7. Act. 10. in intentione actoris. num. 6. Iul. Pac. in Epitom. iuris civil. disput. 16. n. 39. Wurmsler. lib. 1. Practic. obseruat. 47. obser. 6. Schneid. ad Instit. tit. de iniur. §. iniuria. nu. 6. Iul. Clar. lib. 5. §. iniuria. num. 15. vbi tamẽ illam de Iur. Canon. restringit, & prædicta Barth. distinctio ita demum procedit, modo crimen obiectum probetur Clar. & alij loc. cit. Sed quid si obiciens habeat pro se famam bene probatam? vtique condemnandus non est, tametsi probare nequeat verum esse quod per famam circumferatur: excusat enim fama à dolo & calumnia, & consequenter à pœna præsertim si ab egregijs personis, & fide dignis originem habuerit, ita Anton. Fab. tit. Cod. de Iniur. definit. 20.

Praua tamen intentione atque iniurandi animo, peccatum esse non omnino ab iniuriarum actione liberum.

Cum Couarr. sentit Grammat. decis. Neop. 37. per tot. & præsertim nu. 6. 7. 8. cui accedit Wesemb. & ab eo relatu in paratit. ff. tit. de iniur. n. 8. post medium.

Tertio ad præmissa.

Ad hæc nota, quod verba iniuriosa regulariter animo iniurandi prolata præsumantur, nisi contrarium probetur, si non conuictij. C. de Iniur. gl. ab. d. in vbi probare Possit. de iniur. n. 1. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. iniuria. versic. quarto. num. 12. Wesemb. in paratit. ff. tit. de Iniur. nu. 8. circ. fin. Card. Tusch. in pract. obseruat. tom. 4. lit. I. conclus. 154. n. 14. & 18. & plures alij relati à Gail. lib. 1. obser. 106. nu. 1. vel coniecturis & præsumptionibus aliud concludit. Auctor hic. Cardin. Tusch. d. tom. 4. d. l. I. conclus. 153. n. 11. & 13. Ioa. Fab. in breuiar. Cod. tit. de iniur. ad l. si non conuictij. Sic iniuriarum non tenetur, qui in petitione hæreditatis aduersario suo natales, vel quod spiritus sit obicit, quia astruendū nis suis sui causa præsumitur id allegare, prædict. Card. d. loc. cit. 152. num. 21. Sed nec iniurandi animus inter cognatos & affines præsumitur. Menoch. lib. 5. præsumpt. 40. nu. 17. & 18. Wurms. in pract. obseruat. 47. obser. 10. nu. 2. nisi existat contraria efficitior coniectura, Menoch. lib. 5. præsumpt. 16. nu. 5. & 6. vel de atrocissimis iniurijs quæ sit. Wurms. d. loc. cit. In Magistris etiam & maioribus pro correctione, & contra iniuriam militat præsumptio Gail. lib. 2. obser. 106. nu. 6. Præterea quocumque verba vtriusque accipi possunt, toties ea in bonam partem interpretari debemus, & vt euitetur delictum improprie debent, Ludou. decis. 4. n. 32. & 33. Barth. Consil. 108. Schneid. ad Instit. §. iniuria. nu. 11. de iniur. Poterit ei Iudex ex equitate, consideratis personis & iniuriæ circumstantijs, iuramentis purgationis reo deferre. Gail. d. obser. 106. nu. 3.

CAP. XII.

DE RATIONE COMPUTANDI TEMPORIS AB ANNO RVM NUMERO.

De subiecto huius capituli, & capit. 18. infra lib. 4. vide Velficationem seu Theoremata de anno ortus ac mortis Domini, à Laurentio Suslyga, Præfide. R. P. Ioanne Deckerio in disputationem adducta cum tabulâ Chronographicâ ibidem iuncta; à quo Deckerio absolutum de vniuersa Chronologia opus expectatur; Interim, ipsi licet quæ circa hanc materiam tractarunt Iosephus Scalliger in Eusebium & de emendatione temporum. Ioan. Mariana. tab. 5. & 6. Mattheus Beroaldus, Ioannes Lucidus. Item Francisc. Munnos de escobar I. C. Variar. Comput. cap. 21.

CAP. XIII.

DE ORATIONE INDEFINITA ET AN EA VNIVERSALIS VIM HABEAT.

Num. 5.

Quamobrem aliter ego verba I. C. interpretari conabor.

Hanc Couarr. interpretationem reprobat Vasq. lib. 2. controu. vs. freq. cap. 30. num. 36. vbi aliam assignat, aliumque intellectionem. d. 2. ff. de liber & posth. tradit.

Num. 6.

In materiã necessariã vel impossibili indefinitam æquipollere vniuersali.

idem regulariter receptum in nominibus collectiuis in-
definite pronuntiatis : nam cum populum dicimus , totus
vel maior eius pars intelligitur. Oldrad. *Confil.* 100. in executio-
ne. *verbo. Card. Tsch. practic. conclus. tom. 4. lit. 1. conclus. 87. n. 1.*
ita etiam Capitulum omnes capitulares comprehendit,
Cuar. *instr. hoc. cap. nu. 10. circ. sm. Menoch. Confil. 73. numer. 7.* Pariter
nomen vniuersitatem designans, vt puta peculū, hereditas,
vniuersē sumitur: quocirca qui hereditatem suam ad filios
& descendentes peruenire voluit, de tota hereditate sta-
tuisse censetur. *Menoch. conf. 397. num. 12.*

Num. 7.

Indefinitam negatiuē conceptam vniuer-
sale[m] significationem habere.

Aduersus Couarr. sentit Vasq. *lib. 2. controu. vsur. freq. cap. 30*
nu. 43. & lib. 1. illustr. controu. cap. 30. nu. 20. 21. & 22. & putat, data
paritate terminorum vix vllam inueniri differentiam, in-
ter indefinitam prolatam negatiuē, & eam quæ affirmati-
ue profertur: quod his exemplis, non bibunt vinum Sara-
ceni, non exercent vsuras Christiani, quorum vtrumque
in multis Saracenis & Christianis fallit, probare conatur: &
hinc peierasse non censeri, qui dum sibi diuersa crimina
obiciuntur respondit: non fecisse, licet aliqua ex eis per-
petrarit. Inferit propterea Vasq. *pract. loc. indefinitam in-*
spectā proprietate verborum non equipollere vniuersali
ex necessitate, quanquam ex aptitudine vel interpretatio-
ne semper possit vniuersali æquipollere, vt ex paritate ra-
tionis, verosimilibus & plerumque accidentibus. &c.

Lego Titia centum si Sempronio non
nupserit, hoc significasse videtur, vt nec pri-
mis nuptijs, nec secundis, nec vterioribus.

Huius decisionis exemplo consuluit Oldrad. *Confil. 16. &*
tenent. Benedic. Plumb. in l. matrimonij. in fin. ff. qui & a quib. man.
Caltr. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr. filiam mittere lega-
tum, si cum testator sub priuatione illius cauerat, ne alij
quam Mercatori nuberet, secundas nuptias cum nobili
contraxerit. Quam decisionem Vasq. d. lib. 1. illustr. controu. cap.
30. num. 22. improbat. nam vt contra mulierem faciat, quod
alij quam mercatori nupsit: ei quoque opitulatur, quod alij
quam mercatori non nupsit: constante nimirum priore
matrimonio, & cum matrimonium inspectā destinatione
si perpetua & indiuidua coniunctio, mens testatoris ad pri-
mas duntaxat nuptias trahenda est, quasi de secundis mi-
nime cogitauerit. Hæc ille.

Num. 8.

Indefinitam à lege prolatam vniuersali æ-
quipollere.

Accedit Menoch. *lib. 1. de presumpt. quest. 46. num. 31. vbi nu. 24.*
vsque ad fin. quest. viginti & vnam differentias affert, inter dif-
positionem legis & hominis.

Verfic. QUARTO HINC PATET.

Opinor indefinitam etiam in statutis regu-
lariter orationis vniuersalis vim habere.

Accedunt præterea Dynus *conf. 41. questio. salio est. numer. 7.*
verfic. præterea indefinita. Corn. conf. 106. nu. 5. & seq. lib. 3. Cardin.
Tulch. pract. conclus. tom. 4. lit. 1. conclus. 86. n. 17. Menoch. Confil. 4.
numer. 28.

Quidquid alij dixerint.

Huius opinionis fuerunt Barth. *in l. si plaribus. col. vii. ff. de*
legat. 2. Crotus. in l. omnes populi. n. 169. ff. de iustit. & iur.

Tamen aduersus Barth. frequentiori cal-
culo receptum est, oportere homicidam cum
omnibus occisi hæredibus pacis pactum ini-
rē.

Cum Couarr. sentit Vasq. & ab eo relati, *lib. 2. cap. 30. con-*
trou. vsur. freq. numer. 39. ea videlicet ratione, quod determina-
tio respiciens plura determinabilia intelligitur ea parifor-
miter determinare. *l. 2. Aquarius. C. de impub. lib. hoc iure. ff. de vulg.*
qua etiam ratione iniuria omnibus hæredibus æque illata
ab vno solo remitti nequit, & prædicta ad hæredes vtrius-
que sexus extenduntur. *Jul. Clar. lib. 5. §. fin. pract. crim. quest. 58. n.*
35. Gomez. Var. resol. tom. 3. cap. 3. n. 65. circ. med. um. Quia vero hic
incidit mentio pacti eius, quod homicidæ cum hæredibus
interfecti inire solent, ac de eo frequentes hæc tempori-
bus controuersia oriantur, operæpretium duxi, nonnulla
quæ ad aliqualem harum questionum decisionem spectant,
huc referre. Notandum itaque prædictam pacem contra-
hi debere cum proximioribus eiusdem gradus hæredibus.
Couarr. lib. 2. variat. resol. cap. 10. numer. 5. Anton. Gomez. tom. 3. variat.
resol. c. 1. numer. 35. limit. & c. 2. numer. 61. quibus remittenti-
bus, non possunt remotiores (reiecit Maranta opinione de
ord. iud. part. 6. in princip. numer. 58.) postea accusare vel agere.
Molina tom. 4. disput. 45. numer. 1. & consideratur proximitas
tempore transactionis, adeo vt etiam si proximior postea
nascatur, nihilominus prior remissio valida sit. Ant. Go-
mez. tom. 3. variat. resol. cap. 3. numer. 61. in fin. Molina. d. numer. 1.
Transactio etiam minoris, cum auctoritate tutoris vel cu-
ratoris, vel etiam solius tutoris si minor infans est, substitit
& remotiores excludit, quin nec ipse minor aduersus hu-
iusmodi transactionem in integrum restituitur *Gomez. d. c.*
3. numer. 66. nisi dedecori minoris transactio foret. Molina-
vbi supr. n. 6. lit. C. An autē in hoc subiecto extranei hæredes
præferantur hæredibus sanguinis? pro affirm. decidit Go-
mez. d. c. 3. num. 64. de quæ re vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 58. nu. 32.
& Molinam *vbi supr. nu. 7. & 9.* Definit præterea idē *Gomez.*
tom. 3. variat. resol. cap. 1. num. 32. si concurrant vxor & hære-
des vel consanguinei interfecti, vxorem tam in accusatio-
ne, quam remissione præferri: quod ita restringit Molina
d. tom. 4. disput. 45. si sola hæres mariti sit, alias cum ea mariti
hæredes ex testamento, vel ab intestato debere concurre-
re. Postremo notandum, quod quamuis per transactionem
partis, iudici vel officiaro non fiat præiudicium, nec ei ac-
cusatio auferatur, Pap. Notariat. l. lib. 6. tit. de transact. prodest
tamen vt delinquens mitius, Clar. & Molina cit. loc. numer. 1.
pœnâ videlicet extraordinariâ, morte & membrorum nu-
tilatione minore, puta trimeriū &c. puniatur. quod praxis
Hispaniæ, teste Gomez. variat. resol. tom. 3. cap. 3. nu. 56. rece-
pit. Martinez. in concord. leg. Hispan. & commun. sub. lit. A. num. 33. &
seqq. Et hæc ita dd. Moribus autē Antwerp. cum filio maiore
natu, aut si filij nulli extant, cum fratre, eoque deficiente,
cum Patre, & nullo horum extante, cum proximior
consanguineo masculino, pacis pactum in eundem est. inter
quos data paritate graduum senior præfertur, qui pacifica-
tor seu transactor, vulgo Moetsender, dicitur. cui omne ce-
dit lytrum redemptionis, seu pecunia piacularis, quæ ab in-
terfectore solui solet, quam in exsolutione debitorum de-
functi conferre non tenetur, quod etiam probant Alberic.
de Rosate & alij relati à Marant. in specul. part. 4. distinct. 9.
numer. 138.

Num. 9.

Indefinitam orationem & ab homi. se pro-
latam vniuersalem significationem habere,
quando omnium sub vniuersali comprehen-
sorum eadem est æqua ratio. &c.

Hhh

Exem-

Exempla ponit Vasq. lib. 2. controu. vsu freq. cap. 30. numer. 37. Hinc autem quiritur qualiter sit onerandus administrator condemnatus ad restitutionem ouium, vaccarum, suum, cum partibus vel postpartibus, an videlicet ad omnes in infinitum teneatur? vide Francisc. Munnoz. de Escobar. tract. de ration. cap. 13. in princip. & maxime sept. num. seqq.

Verfic. SEPTIMO COLLIGITVR.

Mens & intentio contrahentium admittit.

A verborum enim proprietate recedimus, vt mentem sequamur, non solum certam & indubitam, sed etiam vero simile. Lita stipulatus. verfic. Saluus. verb. ex mente. & ibi Castren. & las. ff. de verb. oblig. non aliter ff. de legat. 3. Quo circa Linus ille iuratus ab Annibale Romam missus, & in castra rediturus nisi conuentione de redimendis captiuis Senatus approbasset, iuramento se non exsoluit, nec indefinitam impleuit, eo pretextu, quod in castra tamquam quid oblitus foret, rediisset Cicer. lib. 1. & 3. offic. Liu. 3. decad. lib. 2. ad fin.

Num. 10.

Indefinitam minime habere vim vniuersalis in probationibus.

Sive per testes sive per instrumenta probetur. Dec. cons. 146. & pro tenui, verfic. nec obstat. nu. 13. Alex. cons. 112. numer. 4. lib. 7. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. l. conclus. 86. n. 31. & 32. Queritur autem si testis indefinite deponat Titium fundum possedisse, an totius fundi possessionem probet? negat Alexand. Consil. 100. col. 1. lib. 1. Exca. in e. cum omnes. de constitut. nu. 4. quos reprehendit Vasq. eo quod appellatione fundi simpliciter prolata ex communi vsu loquendi integer fundus veniat secundum quem intelligenda & interpretanda verba testium, etiam si per hoc recederetur a proprietate verborum. Vasq. controu. vsu freq. cap. 30. num. 30. & 31.

Diuersum est quod Card. Tusch. praecitat. loc. num. 34. decidit, ius & possessionem pacendi in monte ab vna parte indefinite probatum, non excludere ius pacendi alterius partis in eodem monte, cum vtraque pars in diuersis partibus pacere potuit, nisi negatiue deponant aliam partem non fuisse partem, aut quod vna pars totum montem parta sit.

Nisi ex relatione aut Interrogatione vniuersaliter proposita aliud colligi valeat.

Accedit Vasq. d. lib. 2. cap. 30. contr. vsu freq. num. 34. & 35.

Verfic. DE VODECIMO.

Minime fore necessariam Barth. distinctionem.

Barth. distinctionem approbat Vasq. dist. cap. 30. vbi addit Couarr. nullam iustam rationem motum a communi opinione & distinctione recessisse.

Verfic. DECIMO QUARTO HINC CONSTAT.

Instituto Posthumum heredem non tamen presentem fatum.

De hac quaestione plenè Menoch. lib. 4. praesumpt. 21. per tot.

CAP. XVI.

DE FISCO FAVORE.

Num. 6.

Prior tamen sententia vt dotis causa sit prior verior videtur.

Accedit Gail. lib. 2. obser. 81. n. 6. cum seq. Laurent. Kirckhou. in comm. opin. centur. 4. conclus. 47. Craff. comm. opin. lib. 1. cap. 6. q. 17. Vniuersè autem quando mulier, ob causam dotis in tacit. vel expressa hypotheca fisco potior sit, vide apud Capellam

Tholof. decis. 218. nu. 5. Schneid. instit. de all. §. iura. n. 56. Mortuus Antuerp. ita seruatur, vt mulier non tam iure tacite hypothecae, quam ex privilegio fisco praefertur, licet anterior creditor sit: fin autem vterque expressam habeat hypothecam, seruatur inter illos ius commune, ita vt prior tempore potior sit iure.

Num. 7.

Qua in re ego existimo Legionis Praefectum maiorem potestatem & auctoritatem habuisse, quam habuerit Primpilus.

De Primpilo tractat Munnoz. de Escobar. tract. de ration. cap. 39. num. 9. vbi inter cetera Couarruiam lapsum fuisse docet, quatenus dicit se non dubitare, Legionis Praefectum maiorem potestatem & auctoritatem habuisse, quam habuerit Primpilus, Praeterea & illos lapsos esse, qui tradere Primpili officium administrationem pecuniae militum continere, & quod ea quae de Primpilis statuuntur, ad doctes vxorum Thesaurariorum, qui stipendia militum solent, re debent, non extendantur. Munnoz. vbi supra. num. 10.

CAP. XVII.

DE DECIMIS, AN IVRE NATURALI, DIVINO, AN HVMANO TAN- TVM DEBITAE SINT.

Decima, si Erymon spectes, nihil aliud sunt quam cuiusque rei decima pars. vnde & saepe dicuntur decima à omni parte Vlpianus in l. 2. ff. de Polici. Si decima quis honorum vult, vbi ad decimam bonorum partem, quae olim votum capiti in Herculis honorem impendebatur, respexit videtur: & Cicer. 5. in Verrem. Affirmante se plus decima non daturam, & de Natur. Deor. Neque Herculi quisquam decimam vult, si sapiens factus esset. per decimanum intelligens decimam. Decime quoque Imperatorum decime imperatæ pecuniae dicuntur: hinc decumanus ager, ex quo decime, vel decima pars fructuum penditur. apud eundem Ciceron. lib. 2. de finib. Heric. Canis. tract. de decim. cap. 1. nu. 1. Origo autem decimarum vetusta est, quemadmodum varijs tum veteris Testamenti, tum etiam Ethnicorum (preter ea quae ab Auctore allegantur) exemplis, probat Andr. Tyraq. de prescript. gloss. 4. §. 1. vbi dix. ans. vbi etiam perfectionem numeri denarii, cuiusque solemnem apud antiquos vsu ostendit. Cōstat & ex Genes. cap. 14. Abraham soluisse decimas Melchisedech ex manibus hostium à se deuictorum, cuius meminit D. Paulus ad Hebræos cap. 7. Inuenim autem quantum sit hic, cui & decima dedit de praecipuis Abraham Patriarcha, traditur item Genes. 28. cap. 30. Patriarcham votum emisisse de soluendis Decimis, si fuerit (inquit) Deus mecum & custodierit me in via in qua ego ambulo. & c. eundemque quo dederis mihi decimas offeram tibi. & hic decimarum vsus institutus quodam pietatis processit, donec Deus per Moysen eas sibi dari ab Israelitico populo precepit. Exod. 22. & Levit. vi. cap. referet. Canis. pract. loc. nu. 1. & 3.

Num. 2.

Verfic. ET PRÆTER HAS.

Eandem decimam fructuum partem in Ecclesiasticorum ministrorum alimenta soluendam esse censuit.

Nullo discrimine, siue Reges, Principes, alijque cuiuscumque status vel generis sint, diuites, vel pauperes ad quot fructus prediorum perueniunt: nisi privilegio Summi Pontificis, vel alio iure (de quo infra) se exemptos doceant. & nobis 24. de decim. Henric. Canis. tract. de decim. cap. 4. nu. 9. & cap. 5. n. 1. neque etiam interest quibus decimas debeantur, probata vel improbatæ vitæ sint, diuites an pauperes cum ideo ius creditoris non imminuatur. c. tua nobis. §. pro textu. de decim. Canis. d. loc. nu. 2. & Couarr. infr. num. 4.

Verfic.

Verfic. C A E T E R V M.

Jure naturali & diuino legis Euangelicę clericis à laicis eam partem fructuum quę ad eorum alimenta. &c.

Cardinal. Tolet. in sum. lib. 6. de decim. cap. 20. versic. in cuius. Nauarr. in Enchirid. cap. 21. de soluend. decim. Leonardus Lessius de iustit. & iur. lib. 2. cap. 39. de decim. dubit. 1. num. 4.

Num. 3.

Nisi consuetudine legitimā oblationes factę fuerint altari.

Quę vt & oblationes extraordinarię etiam in Ecclesia vel Capellā Parochię subditā factę, exceptis Monasterijs, Curato vel Rectori Ecclesię Parochialis cedunt seclūsā fabricā. Hęc tamē secus se habent si in alium vsū oblationes specificē destinatę fuerint, vel aliud ferat consuetudo. Euerhard. conf. 30. numer. 6. & 7. Capel. Tholos. decis. 483. & ibi. Affer. in addit. Francisc. Marc. part. 2. decis. Delph. quęst. 385.

Solā diuinā pręstatiōe acquiri obligatiōnem fauore ecclesiarum & pię causę.

Extendi à DD. ad pręstatiōem elemosynę, solutiōnem cerei, alteriusue rei quam Parochianus cerō tempore afferre consueuerat, recentet Cacher. decis. 99. numer. 17. 18. can. 199. quamquam hęc res his grauari, dūrum esset.

Num. 4.

Deducitur, decimas quantum ad quotam quę vera decimā pars est.

Omnium videlicet fructuum, vt si idem ager diuersos fructus, vel etiam eosdem vno eodemque anno sepius ferat (quem admodum de Indiā testatur Strabo lib. 15.) de omnibus decimę debeantur. & ex parte. 21. de decim. quod tamen in territorio Antuerpiensī non obseruatur.

Iure humano Pontificio institutas fuisse.

Leonard. Lessius d. lib. 2. cap. 39. dubit. 1. num. 5. & seqq. vbi argumentis Canonistar. qui quotam decimarum iure diuino deberi tradunt, respondet.

Iustissima lege debitam.

Nec enim ratio suadet cur Ministris nouę legis, cum digniores sint Ministris legis antiqę, minor quota attribuetur, quam Leuitis olim ascripta fuit. vt iustissimā ratione Ecclesia hanc constituerit, quem admodū Leonard. Lessius d. cap. 39. dubitat. 2. vndecim firmat argumentis. Quo circa quoties de decimarum portione, quę moribus vel consuetudine locorum interdum mutatur, controuertitur, ad ius commune recurrendum est, Charond. lib. 1. resp. Gall. 50. quod ita moderatur Anton. Faber. in suo Cod. tit. de sacrosanct. Eccles. decis. 63. num. 1. nisi vniformis in locis vicinis, de certā quota pręstatiōe consuetudo sit, quā attendendam esse respondet. Et prędicta decimā pars in tantum iure Canonum debetur, vt prędiales decimę (personales enim in toto orbe Christiano fere exoleuerunt. Nauarr. in Enchirid. cap. 21. num. 31. Henric. Canis. tract. de decim. cap. 2. nu. 3. in fin.) non deducis expensis, nec meliorationibus soluendę sint. c. cum homines 7. c. pastoralis 28. §. nec pro restituendo. c. non est. 2. 2. §. fin. versic. antequam illas. c. qua nobis 26. de decim. Cardin. Tolet. in sum. lib. 6.

cap. 20. versic. aduerte tercio. Henric. Canis. in summa iur. Canon. lib. 2. tit. 26. de decim. versic. illud discriminis est. & in d. tract. de decim. cap. 2. num. 3. Tyrac. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. numer. 10. Anton. Cucch. Iustit. iur. Canon. lib. 2. tit. 18. de decim. versic. hoc autem differunt. Lancelot. Instit. iur. Canon. lib. 2. tit. 26. versic. illud commune. Cardinal. Tusch. conclus. Prædicar. tom. 2. lit. d. conclus. 66. num. 1. Dominic. à Soto de iustit. & iur. lib. 9. q. 4. art. 2. vbi huius decisiōis rationem assignat, eamque ad tacitum pactum & initam societatem inter agricolam & Deum Optimum Maximum refert, & ita à Curia Paris. respectu expensarum iudicatum Pap. lib. 1. tit. 12. arrest. 12. sed ne census quidam aut tributa deducenda sunt. c. cum non sit 33. de decim. Leonard. Lessius de iustit. & iur. lib. 2. cap. 39. dubitat. 3. num. 16. versic. secundo debent. adeo vt si eorum solutio pręcesserit, ab ipsis quoque censibus & tributis decimę deducantur. c. cum non sit. Lancelot. Instit. iur. Canon. lib. 2. tit. 26. de decim. versic. sed nec census Anton. Cucch. ibid. de decim. versic. decimarum. Item nec compensatio aduersus eas recipitur, gloss. in c. de cima 16. q. 1. Euerhard. in cons. 183. numer. 5. & in loc. 112. à tribut. ad decim. num. 2. An autem prędicta etiam obtineant in decimis, quę nobilibus iure prescripto pręstantur cogitandum relinquit Garf. de expens. cap. 1. num. 18.

Num. 5.

Posse Episcopum alicui laico ex iustā causā, eo nempe quod Ecclesiam eiusue patrimonium à Tyranni oppressiōe exemerit, concedere ad vitam aliudue tēpūs.

Perpetuo enim Episcopus hoc ius decimandi concedere nequit, cum is facere non possit laicos capaces rerum spiritualium. Menoch. consil. 291. num. 45. & 46. potest tamen summus Pontifex. Panorm. in c. causam, 7. de prescript. qua de re. infr. num. 6. versic. quarto ab eadem radice.

Verfic. O L I M S A N E.

Ita quidem vt laici iustē possint detinere decimas, antiquitus sibi à prælatis in perpetuum feudum concessas.

Henric. Canis. in sum. iur. Canon. lib. 2. tit. 26. de decim. versic. laicus vero. Duaren. de benefic. lib. 7. cap. 1. versic. laici vero Papon. notat. 2. lib. 1. tit. 1. versic. que serace.

Verfic. E T D V B I O P R O C V L.

Contigit huius Concilij conuentus anno Domini fere M. C. L. & XIX.

Concordat Menoch. lib. 6. presumpt. 86. nu. 3. Anton. Faber. in Cod. suo de sacrosanct. Eccles. definit. 78. in allegat. Garz. de expens. cap. 9. num. 90. At Petrus Guenois in Annot. ad Imbert. lib. 1. Instit. Forens. cap. 25. lit. C. in fin. Concilium hoc Lateranense sub Alexandro 3. anno. 1159. contigisse scribit. Platina vero qui ab ipso sub. litt. F. citatur, id anno 1160. celebratum tradit. Nonnulli autem id in annum 1189. refert Faber. præt. loc. alij vero in annos. 1179. 1215. 1129. reiciunt, quos recentet Gelkenius in tract. de vsur. & prescript. part. 3. cap. 8. num. 19. sed communior & verior illa supputatio est, quam Couarr. sequitur, cui Guiliel. Tyrj Archiepiscopi, lib. 2. r. belli sacri cap. 26. qui prędicto Concilio interfuit, supputatio respondet, prætquam quod referente Canisio tract. de decim. cap. 13. nu. 6. in recenti editione Concilior. tom. 3. parte altera à Seuerino Bino in lucem emissa in annum domini. 1180. prędicti Concilij inscriptio relata sit, ita vt anno 1179. initium habuisse, anno vero 1180. desisse potuit, à quo non videtur Couarr. abhorre, vsus verbo fere.

H h h 2

Siid

Si id intellexerimus in decimis à laicis ante Concilium illud obtentis.

Intellectibus hic à Couarr. traditis congruunt ea quæ scribit Papon. *Notar. 2. tit. d'interdict. & ad. possesioir. pour la disme. versic. les Papes.*

Verfic. *PRÆTER HÆC ET ILLVD.*

Non sic poterunt iste decime in alios laicos transmitti.

Accedunt Leonard. Lessius *de iustit. & iur. d. lib. 2. cap. 39. dubitat. 4. nu. 22. Villalob. in comm. opin. lit. l. nu. 2. Menoch. lib. 6. præsumpt. 86. numer. 3. & relati à Sebast. Nauio in Systemate feudor. lib. 2. tit. qualiter olim poterat feudum, & c. numer. 25. Contrarium tenet Duarenus in consuetud. feudor. cap. 5. nu. 7. quod & consuetudo Germaniæ, Hispaniæ, & Galliæ obseruat, quæ Decime huiusmodi ante Lateranense Concilium laicis concessæ non amplius spirituales, sed propter inuolutionem concessionis temporales & patrimoniales reddita censentur. Papon. *Notar. 2. lib. 1. tit. 1. versic. que serace. ita vt vendi, permutari, cedi possint Papon. Notar. 2. lib. 8. tit. d'interdict. & ad. possesioir. la disme. versic. les Papes.* Item in dorem dari & obligari, etiam absque consensu Episcopi *Vasq. Controu. Illustr. lib. 3. cap. 89. nu. 2. veniuntque in iudiciu familia erciscunda Domin. a. Sor. de iustit. & iur. lib. 9. cap. 4. art. 3. & cap. 7. art. 1. Nec possunt tempore necessitatis ecclesiæ per Episcopum collectari Sor. lib. 10. q. 4. art. 3. ad fin. Garz. de expens. lit. 9. numer. 89. & seqq. vsque ad fin. vnde facile apparet quod infra num. 6. versic. quarto. ex Imbert. notatur, nempe, ius ipsum percipiendi decimas non censi laicis, etiam ante Concilium Lateranense fuisse cessum, potius consistere in verborum subtilitate quam in effectu: Præterquam quod ex iis quæ tradit Papon. *Notar. 2. d. tit. d'interdict. versic. Celuy. decimarum ius laicis cessum fuisse satis constat, & alias nulla foret differentia inter decimas ante Concilium Lateranense & post id acquiras, cum fructus harum licite vendi, & laico in feudum dari possint per ea quæ tradit Sichard. *tit. Cod. de usufruct. & habitari ad Lanerese. 6. num. 3.****

Quorum opinionem magis communem esse in praxi testantur.

Iul. Clar. lib. 4. §. feudum. quest. 13. versic. sed quero nunquid. numer. 2. Alteram tamen pro recepta sententia asserit Menoch. lib. 6. præsumpt. 86. numer. 3. Cardinal. Tusch. in pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 72. numer. 3. Plura de hac quæst apud Duaren. de feud. cap. 5. numer. 8. & Fachin. lib. 6. Controu. Iur. cap. 72.

Verfic. *SED SI DVBITETVR.*

Nec est necessaria probatio fame has decimas ante Concilium Lateranense in feudum concessas fuisse.

Cardin. Tusch. d. conclus. 72. num. 15. Papon. Notar. 2. lib. 1. tit. 1. versic. le troiziesme cas est si le lay sol. mibi. 50.

Satis enim est possessionem probari eius temporis cuius initium memoriam hominis excedit.

Pap. vbi supr. Menoch. lib. 6. præsumpt. 86. n. 4. quæ possessio à Duaren. tempore centu annoru circumscriptur supradict. loc. n. 7. Molina vero præscriptione immemorialis centenaria excedere tenet: adeo vt si cõset possessioe aliquã initium habuisse intra centum annos, licet ignoretur quo tempore ceperit, non censetur præscriptio decem annis non sit memoria. Molina de iustit. & iur. tom. 1. disp. 76. in princip. Accedit Couarr. in cap. possessor. parte. 2. §. 3. de iurisdict. præscript. versic. hinc falsum esse. num. 8.

Num. 6.

Quorum opinio magis communis est.

Quam sequitur *Vasq. Controu. Illustr. lib. 2. cap. 89. num. 4. & 7. vbi pro soluti one cap. ad decimas de restit. spoliator. & 6. ab Auctore citati, quod in confirmationem contrarie opinionis adduci solet, quatuor occurrisse notat: Primum quod erat præsumptio iuris pro spoliatore quoad ius proprietatis. Secundum quod erat præsumptio iuris contra eum quoad idem ius. Tertium, quod possessio proprietatis non erat diutina. Quartum, quod vis ibi non fuit ablatina nec compulsiva nec armis illata *Vasq. cit. loc. sub. fin. num. 4. Vide inferitur quod si laicus ab alio laico iure percipiendi decimas spoliatur, possessione restituendus sit etiam si spoliator contenderet ad se illud ius concessionis Romani Pontificis pertinere; quum in pari causa potior debeat esse conditio spoliati. *Vasq. nu. 5. Est autè & illud hic notandum quod quæstio spoliis in causis decimarum ceterisque rebus ecclesiasticis, quemadmodum & retinenda possessionis ad forum laicum spectet *Costal. in Advers. Pandect. tit. de sponsal. Rubric. & hoc sicut Curie Galliæ. Pap. lib. 1. tit. 40. Arrest. 1. & Brabantie approbatur: adipiscendè vero, cum habeat annexam causam proprietatis, ex quo cognosci debet an petens iste habeat titulum quo mitti debeat in eam possessionem exigendi decimas, ad iudicem ecclesiasticum pertinere videtur. *Menoch. Consil. 268. num. 7. Nisi tamen parochus ad consequendam decimarum possessionem eius loci agat in quo est parochus, cum iure communi ad eum, non verbis ad alium, decime pertineant: quod non est in alijs clericis vel laicis, qui possessionem non ante acquirunt, quam legitimum titulum probauerint. Quanquam discrimen hoc praxi Brabantie non vsque adeo attendatur, sed in ea in distinguende possessorum decimarum intentari solet. Quod si decime ex consuetudine, præscriptione, vel alia ex causa negentur, vt questio de iure proprietatis verti videatur, iudex ecclesiasticus erit aduendus *Henric. Consil. ar. de decim. cap. 18. num. 5. & 13. versic. quare idem. quem ibid. per tot. plenius de iudicio sine foro decimarum vide, & Couarr. Practic. quest. cap. 35. Item Pap. 2. notar. lib. 8. d. tit. d'interdict. & c. versic. Pour la pétance. qui ibi & lib. 1. tit. 5. arrest. 1. iure Galliæ iudicem spectrem etiam de proprietate earum decimarum quæ ante Concilium Lateranense in feudum date fuere, cognoscere tradit.******

Verfic. *QUARTO AB EADEM.*

Siquidem laici privilegio Romani Pontificis possunt consequi & obtinere ius percipiendi decimas.

Modo iusta sit causa privilegij. *Papon. notar. 2. lib. 1. tit. 1. versic. Que serace. Ferrer. in Annot. ad Guid. Pap. dec. 283. Et hinc Pontifex Carolo Marcello Regi, & Procibus Francie, cum Abidiramum religionis Christianæ acerrimum hostem insigni ad Turonem clade, trucidatis circiter trecentis septuaginta quinque Saracenorum millibus, affecissent, *Gouguin. lib. 3. Annal. decimarum concessionem homologauit, quod quidem de perceptione, non vero de iure eas percipiendi interpretantur *Bald. cit. ab Imbert. in infra. forens. lit. lib. 1. cap. 25. in Adit. verb. attribuit. Guenois. ibid. lit. C. reb. Gouguin. de qua re supra dictum est.***

Non

Non sic præscriptione.

Excep̃e in decimis quæ à Romano Pontifice semel concessæ fuerunt alicui Principi, vel privato laico, & per hoc quæsi à clero & ecclesia vel diuino iurere cesserūt & in humanū commercium translatae sunt: ille enim per laicum præmanū commercium translatae sunt: ille enim per laicum præmanū scribi possunt, non aliter, atque reliquæ res profane V. 49. *Controu. Illustr. lib. 2. cap. 89. nu. 6. versic. per contrarium.*

Etiã eius temporis cuius initium memoriam hominum excedit.

Contrarium tenent Cardinal. Tusch. *Pract. Concluf. tom. 2. lib. D. Concluf. 72. versic. limita quia nu. 14. Vafq. d. cap. 89. num. 6. versic. Caterum & numer. 7. per tot. vbi c. causam ab Auctore citat. interpretatur de præscriptione longi vel longifimæ temporis 30. vel 40. annorum, non de immemoriali, cum illa secundum eum in decimis, etiã absque allegatione tituli à Papâ concessi, (quæ tamen ab aliis requiritur.) Villalob. in *commun. opin. lit. P. num. 250. procedat. eo quod per tale tempus lex verum ius & titulum inducat V. 49. cit. loc. Qualiter autem possessio, cuius initij non exat memoria probanda sit, traditur à Schneid. *Instit. de vsu. cap. & longi tempor. præscript. sect. Quor sunt species præscript. num. 35. 36. 37. & 38. Molina de iustit. & iur. tom. 1. disput. 76. Mynsing. *Centur. 1. Obser. 30. & Henr. Canif. tract. de decim. d. cap. 9. numer. 16.****

Num. 7.

Quâ ratione oportet distinguere.

Sed nec hanc conciliationem probat Henric. Canif. *tract. de decim. cap. 9. num. 14. cum seqq. quod videlicet text. in cap. 1. de præscript. in 6. ab Auctore cit. titulum requirat non solum vbi præsumptio iuris communis, sed vel alia militat contra præscribentem, vt in specie cap. si diligenti. 17. de præscript. vnde & aliam apud eum solutionem lector videre poterit.*

Num. 8.

Certo certius opinamur decimas ex parte qua à iuris naturalis & diuini instituto processere &c. nulla consuetudine tolli nec diminui posse.

Aliter Vafq. sentit *Controu. Illustr. cap. 89. nu. 8. & 9. infr. versic. Vndeimo allegatus. cui accedere videtur Card. Tolet. in *Summ. lib. 6. cap. 26. versic. Aduerte tertio. sustentationem tamen & alimenta aliunde Clericis exhibenda esse, requirunt.**

Verfic. PRIMVM HINC CONSTAT.

Clericos etiã ecclesiarum rectores obnoxios esse decimarum solutioni ex prædijs patrimonialibus.

Ratio est, quod fructus prædiorum hoc onere affecti sint ac proinde cum sua causa quemlibet possessorem comitetur. *c. cum non sit de decim. iunct. l. alienatio. 67. ff. de contrah. emp. cap. ex litteris. 5. de pignor. Henric. Canif. d. tit. de decim. versic. quod ad debitores. In Monachis autē hoc temperamentum adhibetur, vt qui sunt ordinis Cisterciensium, Templariorum, & Hospitaliorum (quod Ant. Faber. in suo Cod. tit. de episcop. & cleric. disput. 1. ad vniuersos mendicantiū ordines extendit) decimas suorum laborū quos proprijs manibus vel sumptibus co-*

lunt, nõ pendant *Lancel. Instit. iur. Canon. lib. 2. tit. 26. versic. super decimis. Marc. Anton. Cucch. vbi supr. versic. sed cum præsci. ex ijs scilicet prædijs quæ ante Conciliū Lateranense sibi acquisiuerunt, idque ita attemperauit Innoc. 11. in cap. penult. de decim. Canif. d. loc. versic. Sed & in Monach. Ceteris vero Monachis vt tantum de noualibus suis quæ proprijs manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum & de hortis suis decimas non persoluant, Hadrianus Pontifex concessit Cucch. d. versic. sed cum præsci. Canif. d. versic. sed & in Monach.*

Verfic. SECUNDO LICET MAGIS.

Quorum est opinio communis.

Quam sequitur Henric. Canif. *d. tract. de decim. cap. 6. num. 2. cum sex seqq. & ibid. contrariis argument. respondet.*

Verfic. TERTIO DE DVCI TVR.

Procedere consuetudinem ex qua decimæ vni ecclesiæ debita iure communi, alteri ecclesiæ soluuntur.

Nec enim ex necessitate iuris est vt præcisè parochæ loci prædiales decimæ soluatur, cū sufficiat eas solui Deo in signū Vniuersalis dominij, in vsum scilicet clericorū quoruncunque, qui consuetudine aut alio iusto titulo nituntur *c. tua & nobis de decim. Henric. Canif. tract. de decim. cap. 9. num. 3.*

Verfic. SEPTIMO EODEM IVRE.

Res de quibus iure decimæ præstandæ sunt, recensent Euerhard. *Præf. consil. 183. Ant. Cacch. Instit. iur. Canon. lib. 2. tit. de decimis 18. versic. & decima quidem. & Henric. Canif. d. tract. de decim. cap. 1. nu. 6. & cap. 4. nu. 11. vsque ad fin. Item quanto latius sese extendant Christianorum decimæ decimis veteris testamenti idem Canifus. *d. cap. 1. num. 6. 7. & 8. refert. Sed hæc consuetudine & placitis Principum in Belgio nonnihil immutata sunt, prout Infr. versic. notatur.**

Verfic. OCTAVO.

Laicos teneri omnino deferre decimas ad horrea clericorum.

Vnde si mora debitoris decimæ perierint, aut damnum passæ sint, debitoris periculum erit *l. cum res 49. §. final. ff. de legat. 1. & prædictam thesin tenent *Contrat. tract. de iur. Emphyteut. nu. 24. Ducenn. Reg. 161. nu. 14. Euerhard. Conf. 183. nu. 3. vbi allegat Exodi illud. 22. Decimas tuas & primitias tuas, non tardabis offerre. quanquam hoc, vt ibid. ait, male seruetur. In territorio autem Antuerp. sufficit quod Colonus Manipulos, siue Gerbas (vt vocant) decimarum, certiorato prius decimatore in fundo relinquat.**

Quod si decimæ tempore collectionis fructuum à sacerdotibus non petantur postea peti non possunt.

Quasi tacito iudicio decimæ remissæ sunt, & ita iudicatum à senatu Sabaudia refert Anton. Fab. in suo *Codic. tit. de sacrosanct. eccles. de fin. 66. Verū Couarruicæ opinio magis placeat. Sed & hoc questionis est, an Decimæ prædiales à debitore non solutæ sequantur possessore prædij, quemadmodum Imperatores Antoninus & Verus in tributis rescripserunt. *l. 2. & 3. sine cens. vel reliq. Imperatores 7. ff. de public. Et quanquã Panormit. in c. cum homines. 7. numer. 6. de Decim. existimet nouum possessorem conueniri oportere, atque Ioan. Andr. in d. c. cum homines. numer. 6. putet arbitrarium esse ecclesiæ, vtrem nouum, vel antiquum possessorem prædij conueniat**

H h h 3 niat

niat, quemadmodum & approbârunt d. Præf. Euerhard. *Confil. 183. num. 3.* & relati à Cardinal. Tufch. in *Concluf. Practic. tom. 2. lit. D. Concluf. 65. nu. 1. & 2.* probabilior tamen sententia Henric. Canif. videtur, nimirum nouum possessorem ad quem fructus non peruenerunt, non posse conueniri; cum decimæ onus sint fructuum, non prædiorum. *d. tract. de decim. cap. 4. nu. 3. & 6.* vbi & duobus num. seqq. obiectioni de tributis alijs que respondet.

Laicos non posse frumentum aliosve fructus in propria horrea condere, nisi prius Clerici certiores fiant.

Et ita Edicto Frâncisci I. Regis anno 1547. In Frâcia *Matth. in Annot. ad Guid. Pap. Decis. 183. Pap. lib. 1. tit. 12. arrest. 6.* Et placitis Inuidiosissimorū Principū Imperatoris Caroli V. septima Iunij anno 1554. In Flandria, & Philippi Hispaniarū Regis II. 6. Iunij, anno 1564. in Brabantia cautum est, quod vsu in territorio Antwerp. etiam feruatur.

Verfic. NONO PRINCIPALITER.

Vt publicis edictis vetuerint in his regnis decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem contrariam non consueuerunt solui.

Sic quoq. Edicto Imperatoris Caroli V. prima die Octob. anno 1520. in Belgio statutum, est ne ecclesiastici decimas exigant eorum rerum de quibus ante quadraginta annos à die promulgationis Edicti, decimæ solui non consueuerunt.

Verfic. VNDECIMO.

Censendum est irrationabilem & omnino iniquam esse eam consuetudinem quæ Laicos &c.

Suspectam esse hanc Couarr. doctrinam tradit Vasq. *Controu. illustr. lib. 2. cap. 89. nu. 8. & 9. versic. hinc apparet.* vbi rationibus, contrariis contrarium asserit. Vide etiam Henric. Canif. *tract. de decim. cap. 17. num. 8. & seqq.* & Cardin. Toler. vbi *super. notatur ad num. 8. verb. certo certius opinamur.*

Num. 9.

Item non posse in vniuersum à summo ecclesiæ Principe præceptum hoc tolli.

Crauetta *consil. 21. numer. 2.* Maurqus *Decis. Tituan. 5. num. 268. & 269.*

Num. 10.

Laici vero veluti incapaces huius quasi possessionis præscribere non possunt hanc immunitatem sicut glossa in d. cap. In aliquibus &c.

Accedunt Berouus *q. 121. nu. 4.* Euerhard. *in loc. 112. à Tributo ad decimam, numer. 4. versic. sexto istud facit ad hoc.* & *Confil. 183. nu. 7.* Alijs vero placet à laicis decimarū quotam tantū præscribi posse *Hofsiens. in Summ. de decim. Pap. lib. 1. tit. 12. arrest. 3. D. Anton. fab. In suo Cod. tit. de prescript. 30. & 40. annor. definit. 14.* à quibus dissentit hic Couarruias tradens laicum prescriptionem eximi à iure soluendi decimas, etiam quoad totum, & eum sequitur Vasq. *illustr. Controvers. lib. 2. cap. 79. n. 10.* vbi argumenta eorum qui contrariam opinionem amplexi sunt, refellit. Et hæc prescriptio pariter in qualitate seu sol-

uendi modo procedit, vt nimirum pecunia pro frumento pendatur. *decis. Francisc. Marc. tom. 2. Decis. Delphm. 198.*

Num. 13.

Verfic. ILLVD VERO.

Prescriptionem qua acquisitum est ius percipiendi decimas intra alienam parochiam, ad noualia minime extendi.

Sed huiusmodi Decimæ noualium, cum sint instar aliarum prædialium *Canif. tract. de decim. cap. 8. parochio loci competent. c. quoniam. 13. de decim.* & ita diuersis Arrest. Galie iudicatum etiam non obstante contraria positione, pacto cum prædecessoribus Parochi intro *Papen. lib. 1. tit. 12. arrest. 13. Charond. lib. 1. Respons. 27.* quanquam interdum vbi primitiuus concurreret Parochus, aliæ iusta subisset causa, decimæ noualium in partes diuisa fuere. *Pap. d. loc. arrest. 7. & 11.* Quando autem noualis ager inter duas parochias situs est, vtrique pro ratione limitum partes decimarum cedent. *Rebuff. tract. de decim. q. 14. nu. 4. Henric. Canif. tract. de decim. cap. 11. nu. 4.* Si vero talia noualia exurgant, quæ omnino extra fines Parochiæ sunt, harum decimæ ad Episcopum loci spectabunt. *c. quoniam nobis 13. de decim. Henr. canif. cit. loc. nu. 10.*

Hoc tamen verum est vbi nouale omnino distinctum est ab his agris qui coli cōstuerunt.

Vnde pater quod etiam si nouale varias recipiat significationes (de quibus apud Varron. *lib. 4. ling. lat. Seru. 1. Corp. Plin. natural. histor. lib. 18. cap. 9.* Isidorum & alios) hoc loco tamen intelligatur proscissus nunc primum ager, qui ante desertus, nec ab hominum memoria cultus fuit. *c. quod per nouale. 21. de verb. signif. Duaren. de benefic. lib. 7. cap. 1. Ant. Cucch. Instit. iur. canon. lib. 2. tit. 18. versic. Prædiales.*

Nam si nouiter proscissus fuerit ager ex quo syluæ cædæ, glandium, feni, aut herbar, reditus percipiabantur &c. etiam ad eum pertinebit frumenti nunc primum ab agro collecti decima.

Menoch. conf. 36. nu. 39. Hartman. Hartman. in Practic. Offic. uat. tit. 53. Obseruat. 10. nu. 8. & seqq. vbi notat dominum posse alterare conditionem terræ suæ sine consensu ecclesiæ cui debetur decima, satisque esse quod soluiatur decima de liberem colligendis.

Priuilegiū de decimis percipiendis etiā Clericis concessum, ad ipsas noualium decimas minimè extendi.

Hanc Couarr. sententiam reprobant *Canif. tract. de Decimis 11. nu. 7. 8. & 9.* quod mera tantum coniecturâ nitatur, & alium intellectum e. ex parte à Couarr. citat. tradit.

Is quæ hætenus de Decimis, earum origine, quocumque emolumentis dicta sunt, operæ prætium erit onus decimarum subiungere: quod in eo vltà sacrorum administrationem vt plurimum consistit, quod, cessante fabricæ proventus, decimatores ad reparationem & refectionem ecclesiæ *D. Peck. tractat. de reparand. Eccles. cap. 14.* Et ornamentorū præstatione teneatur. *d. Peck. de reparand. eccles. s. 14. & 20. nu. 10.* Id tamē quarundam regionum moribus moderatum est, quibus ecclesiarum reparationes, & restauraciones inter Decimatores & populum diuidi solent; quemadmodum ex statutis aut concordatis Conciliorū Tongrensis, S. Trudonis, Ecclesiæ Leodiensis, Geldoniensis, ac aliorum apparet: In quibus subinde reparatio Naui, Campanæ baptismalis ecclesiæ ornamentis (quæ recenset *d. Peck. cap. 13. in prim. ad eum qui decimas percipit; refectione vero cancellorum appendic. cumque, ad plebem rejicitur Peck. d. loc. Arrest. vero Curia Brabant.*

Brabantia inter Aditus Ecclesiæ de Etterbeke prope
Bruxellas & d. Præpositam S. Gertrudis à Niuelis iudica-
tum, quod d. Præposita teneatur ad refectorem Chori,
pretationem ornamentorum, & campanæ decimalis: Po-
pulus vero ad vltiorem ecclesiæ restaurationem. Quod
arrestum simili decreto superioribus annis ab eadem Cu-
ria inter Canonicos Antwerp. & Incolas vici de Cuntich,
quod quos ecclesiæ incendio conflagrârat, pariter confir-
matum. Maiorem scrupulum mouet an decimatores in
Belgio præteritis annis tot Ecclesiis intestino bello gra-
uante euerfis, ad restaurationem earum, pro parte suâ con-
suetâ teneantur? Et licet hinc inde multa adduci possent,
probabilius tamen & æquius est, eos non teneri, nec ad ca-
sus insolitos cum totali iactura, & absumptione decimarû
obligari; & id Carolus 9. Gallorum Rex in templorum be-
neficijs hoc casu etiam constituit: referit Choppin. de Sacr.
p. lib. 3. tit. 3. nu. 15. in fin.

C A P. XVIII.

EXPENDITVR CONSTITVTIO L. DIF-
FAMARI. C. DE INGEN. ET MANVM.

IN PRINCIP.

Id auxiliium diffamatis competere.

Idque siue petitorij, vel possessorij, Blarer. in repetit. huius, l.
diffamari. cap. 1. §. num. 55. & cap. 12. num. 10. Mynsing. Centur. 3. obser.
8. n. 3. per sonalis, vel realis, Gabriel in Commun. conclus. lib. 2. con-
clus. 6. num. 3. Mynsing. Centur. 3. obser. 78. incidat questio: quin
generaliter pro omni causâ, ciuilib, vel criminalis sit (vt
inir. tradit. Auctor) hoc remedium datur. Gomez. lib. 3. var. re-
solut. cap. 1. n. 8. & 23. Mynsing. Centur. 3. obser. 81. n. 2. Blarer. cap. 1. n.
6. quamquam ex Ordinatione Camera Imperialis ad certas
causas limitetur Blarer. num. 8.

Perpetui silentij imponendi &c.

Cum rei publicæ & priuatorum maxime interest. huius-
modi diffamationes compecci, aduersus diffamantes præte-
rea de dolo & interesse, nec non actione in factum, habito
discrimine causarum, agi poterit. Specul. in tit. de empt. & vendit.
§. nona dicendum est. de rescind. Vendit. versic. vlt. not. cum duob. seqq. Ro-
man. Consil. 53. Viso themate præarrato citati à Blarer. d. cap. 1. n. 5.

Vt intra certû diem agat quis actione sibi
cõpetenti, hoc adiecto eum alioquin non esse
audiendum.

Sed an prædicta sententia, que silentium diffamanti ni-
intra præfixum diem egerit, imponit, ad ius de nouo ac-
quisitum extendatur, disputat Blarer, in d. l. diffamari cap. 8. num.
47. qui ibid. pro negatiua resoluit.

Num. 2.

Nam vnica eademque peremptoria moni-
tio sufficit.

Accedit Gomez. lib. 3. cap. 1. variar. resolut. num. 24. Ex aduer-
to tamen multis probat Blarerus, in repetit. d. l. cap. 6. nu. 22. vsque
ad num. 53. regulariter, & nisi citatus contumax, respondeat
se comparere nolle &c. Vnicam monitione non sufficere,
ad cuius confirmationem, inter cetera: hæc verba prædict. l.
diffamari adducit, Cum affirmes diu &c. præterea; vocitasse aduer-
sari partem, quod verbum frequentatiuum est; & ibidem ad
argumenta aduersæ partis respondet, casusque exceptos re-
fert, & hanc opinionem. approbat Mynsing. Centur. 3. obser. 86.
tamque Camera Imperialem tamquam æquiorum & ra-
tioni magis consonam, secutam ait. Similiter sequuntur &
probant Afflicti. Decis. Neapol. 264. num. 3. & 4. Gail. lib. 1. Obser. 12.
num. 4. Matth. Welemb. Consil. 96. num. 52. In Consilio Brabã-
tiæ pariter duplici Eremodicio opus est, vt citatus, siue dif-
famans actione sua priuetur: diffamatus autem si ante litis
contentationem dicto die non compareat, Iudicio diffama-
torio cadit.

Nisi prius saltem de diffamatione constet.

Gail. lib. 1. obser. 10. num. 7. Mynsing. Centur. 3. obser. 78. Sed
qualiter de diffamatione constare debet? & secundum
Ordinat. Camera, Iudici antequam huiusmodi auxiliium
concedat, de diffamatione per scripta, aut alia fide digna
testimonia ac indicia liquere necessum est. Blarer. cap. 1. num.
9. Praxis Curia Brabantia se habet, Offeritur à diffamato
libellus Curia, super quo rescriptum, siue diploma Principis
decernitur, cum clausulâ; vt apparitor diffamantem ci-
tet, si sibi de diffamatione constet: qui de diffamatione o-
biter & de plano informatione habita, parti iudiciû dictat,
& Curia causâ circumstantias scripto suo refert.

Sed sæpissime Iudicium tractatur omiffa
hac diffamationis cognitione.

Blarer. cap. 4. num. 7. Mynsing. centur. 3. obseruat. 78.

Num. 3.

Hoc agitur vt pronuncietur nullû ius dif-
famanti competere.

Quæ tamèn sententia, an cæteris præiudicet, & omnino
an ratione vnus diffamantis fundari possit generale iudi-
cium contra quoscumque, vide Blarer. c. 5. n. 27. & 28. & cap.
6. num. 7. cum aliquot. seqq. & num. 87.

Me etiam alicuius rei possessorem regula-
riter non posse à iudice petere, vt cogat Titû
&c. nisi diffamatio præcesserit.

Putat Blarer. cap. 6. num. 79. 80. & seqq. d. l. remedium extra
casus diffamationû ad similes recte extendi, vt is qui bonis
suis à quocumque periculû aliquod imminere metuit, aut vero
similiter molestari timet implorato officio iudicis petere
possit vt aduersario terminus ad agendum prærigatur, in-
tra quem nisi egerit, vel accusarit, illi super ea re silentium
imponatur. Barth. in l. si finis §. eleganter. ff. de damn. infest. & in l.
si societatem. §. arbitrorum. ff. pro Soc. Panorm. in c. si quis contra clerici. un-
de. princ. de for. compet. Sed quid si quis in genere tantum ve-
reatur ne aliquando molestia sibi vel rebus suis inferri
possit, an ad Officium iudicis recurri queat, tractat Blarer.
d. cap. 6. n. 81. Certe consuetudo Antwerp. leg. diffamari in
hoc admittit, vt nouus fundi acq. uisitor possit, certis adhi-
bitis solemnitatibus, in Prætorio dicto, Vierschaete, citare om-
nes qui reditus vel hypothecam à venditore celatam præ-
tendunt, vt eam intra consuetum tempus declarent, sub
pœna amissionis hypothecæ: & simile statutum etiam vige-
re apud Britannos videtur. est apud Argent. in comment. ad tit.
14. iuris Britanni.

Nemo inuitus agere cogendus est.

Excipe casus leg. 11. C. mand. l. 18. & 24. C. de administrat. tutor.
l. 2. C. de his quib. vt indig. l. 10. C. de legit. hered. & nouell. 12. cap. 3. l. 8.
ff. de negot. gest. à D. Gothofr. notatos ad tit. Cod. vt nemo inuit agere
& c. l. 0. & plures prædictæ regulæ fallentias cum in ciui-
libus, tum in criminalibus, videre licebit apud gloss. &
DD. in l. 1. C. dist. tit. vt nemo inuitus agere, & per Hostienf. & Ioan.
Andr. in gloss. cap. 1. §. solet autem in verb. assumamus. de restitut. spo-
liator. lib. 6. Gomez. tom. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 23. Boer. decis.
255. num. 1. cum trib. seqq. & nu. 6. Sunt & plerique casus, quibus
datur mihi actio contra te, vt contra alium agas, quos alle-
gat D. Anton. Fab. dist. tit. Cod. vt nemo inuitus agere. definit. 1.
num. 1. ex leg. Iulianus. l. 3. §. penult. ff. de ad. empt. l. 2. §. penult. ff.
ad l. Rhod. de tract. l. cum in plures. 60. §. messem. ff. loc. l. si sic
legatum. 75. §. vlt. de legat. 1. l. si tibi. 8. §. vlt. ff. de opt. legat. l. 2. §. idem
Labeo scribit. 28. ff. ne quid in loc. publi. his tamen casibus, verius te-
net, eum qui agere cogitur liberari, si actiones suas præsta-
re paratus sit vt proinde non sit præcisè cogendus ad agen-
dum. An vero quis inuitus accusare teneatur, vid. præter
suprad. Anton. Fab. d. loc. definit. 1. & 2. & late Vass. in illustr. con-
tron. lib. 1. cap. 16. vbi quid iuris sit in crimine læsæ maiestatis
etiam decidit.

Hhh 4

Ad l. si

Ad l. si contendat pertinet, scilicet posse quem petere à iudice, &c.

Concord. Gomez. *variar. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 20.* Capyc. *Decis. Neapol. 18. num. 3. Blarer. cap. 2. num. 18.*

Num. 5.

Adire posse eum iudicem, coram quo ipse per actorem esset conueniendus.

Huic Couarr. sententiæ subscribunt Ludou. Molina *tom. 3. disp. 639. in fin.* Andr. Gail. *lib. 1. obser. 9. num. 3. Blarer. cap. 4. num. 2. 3. 4. 5. 11. 13.* & multi alij, quos citat Bernard. Greuæus *In practic. Conclus. ad Andr. Gail. dict. obser. 9. considerat. 1.* quorum opinio eo fundamento maximè nititur, quod diffamatus reus sit, cuius propterea forum sequi debeat diffamans. Sed cum hic duplex subest iudicium vnum causæ principalis, alitrum quo diffamatus prouocat diffamantem ad actio-

nem suam instituendam, in quo actor est teste Barth. *de liti. berius 1. 2. nu. 2. ff. de in ius vocand.* videri posset, quod in iudicio diffamationis, siue purgæ, (vt Galli vocant) ad eundem sit iudex, impetrato rescripto Principis, à quo causæ diffamationis cognita, & diffinita, principalis causa remittitur ad iudicem diffamati, vel loci vbi res sita est, pro natura & distinctione actionis, & sic in Curia Brabant. practicitur.

Num. 8.

Verse. *LVIN ET ILLVD.*

Contrarium tenet Molina *tom. 3. disp. 639.* eo quod iudicium hoc non intentetur, nisi circa rem presentem aut preteritam, non vero circa futuram, cuius habet spem aut ius in spe, quo frustrari potest. Sed Couarr. opinio magis placet. Nam etiam vi uentis maioratus possessore non possit is qui post mortem eius successorem pretendit bona sibi vendicare, quominus tamen agat, vt de iure suo constet, que id declaretur, nihil vetat.

I N

LIBRI SECUNDI VARIARVM RESOLVT. CAPVT II.

DE VSVFRUCTUARIO
AN ET IS TENEARVR SOLVERE
DEFVNCTI DEBITA.

IN PRINCIP.

Multum interest &c.

Haloand. legit, *Non nihil interest.* text. Florent. *Nihil interest.* Anton. Fab. *vero lib. 1. Coniect. cap. 14.* vulgatum lectionem probat, & loco *rerum tertie partis; rerum certarum* legendum censet. quod & mihi probatur.

Verse. *SECUNDA CONCLUSIO.*

Hoc adnotauit Bartholus. &c.

Hanc sententiam Barth. non putat veram Alban. *in addit. ad Barthol. ad verba quandoque legatur:* eo quod usufructuarius vniuersalis ex magis communi, ad debita non teneatur: Addit deinde Alban. modicum interesse an teneatur pro rata, vel non, quia in omni casu as alienum soluendum est de rebus hereditarijs: & propterea etiam usufructuarium pati diminutionem pro rata sui usufructus: Qua in re non videtur Alban. satis distinguere usufructuarium totius vel quotę hereditatis, ab usufructuario omnium, vel partis bonorū: hunc enim ad as alienum non teneri verius est, sed de illo secus esse apparet ex Menoch. *lib. 4. præsupr. 143.* Potest tamen secundum eum *ibid. num. 4.* si coactus à creditoribus, as alienum ex proprio soluit, nec tot fructus percepit, ex quibus tantundē consequi potuit, residuum ex proprietate deducere, non itē si tot fructus, aut plus ex proprietate percepit, asserens ita etiam declarare *Ruin. consil. 41. lib. 2. num. 2.*

Num. 2.

Usufructuarius quartæ vel quintæ partis bonorum non potest conueniri,

Approbatur à Molina. *tom. 1. disp. 204. in princip.* Item à Grass. *vbi supr. n. 4.* vbi etiam rationes Auctoris subdit, Valac. *tamen lib. 2. Consult. 116. num. 14. & 15.* differentiam inter legatarium certæ partis hereditatis & legatarium certę partis bonorum, non vigere in praxi asserit sed quemlibet ex ijs reiecta verborū subtilitate à creditoribus hereditarijs promiscuè cōueniri posse, prout Auctor id ipsum etiam sentire Ioannem Lupi aliosque interpretes inris Regij paulo post asseuerat.

Adduci in contrarium solet Taurina consuetudo.

Vid. hac de re Garz. *de expens. & meliorat. cap. 11. n. 63.* Anton. Gomez. *ad l. Taur. l. 20. & 21.* late Molinam. *dict. disp. 204.* & Gutierrez. *quest. practic. 58. n. 15.*

Num. 4.

Hæc quinta conclusio Bartholi in usufructuario etiam omnium bonorum falsa appareret & ita eam reprobant. &c.

Reprobant similiter Grass. *receptas. sentent. §. legatum 9. n. num. 5.* Menoch. *d. præsupr. 143. num. 6.* Guid. Pap. *in quest. Delph. 541.* Bellon. *Consil. 7. num. 1.*

Possent sane Barthol. opinio admitti vbi legatus esset usufructus hereditatis.

Quid si hoc casu creditor omisso legatario conueniat heredem, an is obicere possit non se, sed legatarium conueniendum? Et nuper consultus respondi, exceptionem non dari, saluo ipsi regressu aduersus legatarium totius hereditatis: eo quod debita sequuntur necessitate quantum iuris, personam hæredis. *l. aris alieni. 15. C. de donat. qua decisio etiam colligi potest ex ijs quæ tradit Auctor Infr. nu. 7.*